HANNES JANUENSIS de BALBIS de Ordine Fratrum Prædicatorum Modicus. Qui etiam compilavit alium libellum in Theologia, qui dicitur Dyalogus de quæstionibus animæ ad Spiritum. Qui etiam composuit quoddam opus Pascale, ubi scilicet de facili reperitur Pascha. Sed hoc opus Pascale composuit antequam ordinem intraret. &c. De PHILOCALO in fine hæc habentur: Immensas Omnipotenti Deo gratiarum referimus actiones qui nostrum Catholicon ex multis & diversis doctorum texturis elabotatum atque contextum, licet per multa annorum curricula in MCCLXXXVI. anno Domini nonis Martii ad finem usque perduxit. Pro quo hoc solum mihi admodum necessarium a vobis humiliter deposco fratres &c. quatenus pro me peccatore PHILOCALO ad Deum preces porrigere velitis &c. & paulo post de loco editionis & Artis typogr. simul inventione: Altissimi præsidio &c. hic liber egregius CATHOLICON Dominicæ incarnationis annis MCCCCLX. Alma in Urbe MOGUNTINA nationis inclytæ Germanicæ, quam Dei clementia tam alto ingenii lumine donoque gratuitô cæteris terrarum nationibus præferre illustrareque dignatus est, non calami, styli aut pennæ suffragio, sed mira patronarum formarumque concordia, proportione & modulo impressus atque confectus est. Hinc tibi sancte Pater nato cum flamine sacro Laus & honor &c. 100:.

XII.

XII.

1470. *D.* HIERONYMI Epiſtolæ. Volumen & forma & mole maximum, in cujus fine legitur: Sit decus illi, qui dedit hoc opus initiare & qui finire dedit ipſum, ſit decus illi. Eſt decus Eccleſiæ pugulis tot ſcripta tenere. Si quibus intendas eſt decus Eccleſiæ. Igitur *Sophronii Euſebii* JERONIMI Orthodoxi Eccleſiæ Chriſti propugnatoris clariſſimi liber Jeronimianus, aut ſi mavis quod & ipſe velim, Liber epiſtolaris, explicit, ut dignitas nominis Jeronimiani egregio Viro *Johanni* ANDREÆ permaneat, qui hoc ipſum zelo devotionis erga virum ſanctum affectus tempore priſco vulgavit in Orbem. Eſt autem præſens Opus arte impreſſoria feliciter conſumatum per *Petrum* SCHOIFFER *de* GERNSHEM in civitate nobili MOGUNTINA, cujus nobilitati Vir beatus Jeronymus ſcribens ad Ageruntiam de monogamia teſtimonium perhibet ſempiternum multis milibus incolarum ejusdem in Eccleſia pro fide Catholica ſanguine proprio laureatis.

Huic laudatori reddit Moguntia vicem, tot ſua ſcripta parans uſibus Eccleſiæ. Anno Domini MCCCCLXX. die ſeptima menſis Septembris quæ fuit vigilia Nativitatis Mariæ. Da gloriam DEO. ſo:.

XIII.

1470. JOSEPHI Hiſtoriographi viri Clariſſ. libri antiquitatum numero viginti per *Johannem* SCHUSSLER Civem AUGUSTENSEM non

ſcripto-

ſcriptorum quidem arte, ſed quâ noſtra tandem ætas dotata eſt; impreſſoriâ ſcilicet exarati anno à nativitate currente Dominica Milleſimo quadringenteſimo ſeptnageſimo Kalendas vero Julias qnarto Fol. maj.

1470. *Ejusdem* JOSEPHI de bello Judaico libri ſeptem per eundem *Jo.* SCHUSLER Civem Auguſtenſem impreſſi Kalendas Septembris decimo, anno vero à partu Virginis ſalutifero Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo. Fol. maj. eod. volumine. 50:.

XIV.

1470. *Leonardus* ARETINUS de bello Italico adverſus Gothos. Fol. In fine hæc nota:

Hunc libellum *Emilianus de* ORFINIS Fulginas & *Johannes* NUMEISTER theutunicus ejusque ſocii feliciter impreſſerunt FULGINEI in domo ejusdem Emiliani anno Domini Milleſimo ſeptuageſimo feliciter. 30:.

XV.

1470. MAMETRACTUS arte imprimendi ſeu characterizandi absque calami exaratione effigiatus & ad euſebiam Dei induſtriè per *Petrum* SCHOIFFER *de* GERNSZHEM in civitate MAGUNTINA feliciter conſumatus anno Dominice incarnationis MCCCCLXX in vigilia Martini. Fol. 30:.

XVI.

XVI.

1470. Liber caſus ſummarios librorum DECRETALIUM Sexti & CLEMENTINARUM una cum nuclio ſive medulla gloſſularum omnium eorundem librorum in ſe continens, per Venerabilem & egregium Virum Dominum & Magiſtrum *Michaëlem de* DALEN in Jure Canonico Licentiatum experientiſſimum inque Venerabili Curia Colonienſi cauſarum Advocatum peritiſſimum laborioſè, compendioſe & nuclealiter compilatus. Per *Petrum* in ALTIS *de* OLPE COLONIÆ impreſſus ſub anno à nativitate Domini Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſexto, die quidem Mercurii decimo octavo menſis Decembris. Fol.

Eodem volumine extant porro: AUCTORITATES DECRETORUM impreſſæ COLONIÆ AGRIPPINÆ per eundem *Petrum de* OLPE eod. anno finitæ & completæ ipſo die Lunæ XXIII. menſis Junii. 25:.

XVII.

1471. Virgilii nitidiſſima elegantiſſimaque editio ſine loci mentione MCCCCLXXI. Fol. In fine leguntur verſus ſequentes:

MINCIADÆ quiconque cupit cognoſcere VATIS
Carmina: ſeu quisquis VEGI ſimul optat habere;
Me legat: aut fratres parvo numeroſa juventus:
Uno eodemque ſumus preſſi ſeſquique locoque
Non Solomon: neque Hyran, non Dædalus: atque
Sibyla

Græcia

Græcia non omnis ſapientibus inclyta quanquam
Non armis Romana potens æquandaque Divis
Gloria jactavit tali ſeſe arte decoram.
Nos igitur peperit patrem qui nomine primum
Rettulit alter ADAM: formis quos preſſit ahenis.
30:.

XVIII.

1471. VALERII MAXIMI Romanæ Urbis Juris peritiſſimi factorum & dictorum memorabilium libri. Fol. in fine legitur: Præſens VALERII MAXIMI opus præclariſſimum in nobili Urbe MOGUNTINA Rheni, terminatum anno MCCCCLXXI. 18. Kalendis Juliis per egregium *Petrum* SCHOYFFER *de* GERNSHEM artis impreſſorie Magiſtrum feliciter eſt conſumatum. 30:.

XIX.

1471. CONSTITUTIONES CLEMENTIS Papæ V. unacum apparatu Dom. *Joh.* ANDREÆ formâ max. In fine hoc extat monitum: Præſens CLEMENTIS Quinti opus Conſtitutionum clariſſimum Alma in urbe MAGUNTINA inclitæ nationis Germanicæ quam DEI Clementia tam alti ingenii lumine donoque gratuito cæteris terrarum nacionibus præferre illuſtrareque dignata eſt, artificioſa quadam adinventione imprimendi ſeu characterizandi absque ulla calami exaratione ſic effigiatum & ad euſebiam Dei induſtriam eſt conſummatum per *Petrum* SCHOIFFER *de* GERNSHEM An. Dominicæ incarnationis MCCCCLXXI. tredecima die menſis Aug.

Primum

Primum folium non modo figuris coloribus atque auro exornatum sed ipsius CLEMENTIS Papæ Constitutiones exarantis effigie mira, pro seculi imprimis ruditate, elegantia depicta, decoratum est. 30:.

XX.

1472. P. Maronis VIRGILII Opera. Editio antiq. & nitidissima, in cujus fine hæc leguntur:

Urbs BASILEA, mihi nomen est Leonhardus ACHATES:

Qui tua compressi carmina dive MARO.

Anno Christi humanati MCCCCLXXII. *Venet.* Duce Nicol. Trono. Fol. 25:.

XXI.

1472. S. SERVATII Lugdunensis Ecclesiæ Præsulis & consanguinei Christi legenda de novo studio claro ac eleganti compilata COLONIÆQUE impressa per *Arnoldum ther* HOYRNEN anno Dom. MCCCCLXXII. die Mercurii quarta mensis Martii 4t. 5:.

XXII.

1472. SUMMA JOHANNIS translata de Latino in vulgare: *Hie endet sich* Summa Johannis, *die gezogen ist aus dem heyligen* Decret - *Buch, und von* Latein *in Tevvtsch gemacht durch ein hochgelehrten Mann Bruder* BERCHTOLD *Prediger-Ordens. Und die hat gedruckt* Johannes BÆMLER, *an Freytag vor* Michaëlis *in der Keyserlichen Stadt* AUGSPURG anno MCCCC *vnd in dem* LXXII. *Jare.* Fol. 5:.

XXIII.

1472. VOCABULARIUS Latino-Teutonicus. 4t
In fine legitur;
Preſens hoc opuſculum non ſtyli aut penne ſuffragio ſed nova artificioſaque inventione quadam ad Euſebiam DEI, induſtriè in ELTVIL eſt conſummatum ſub anno Domini MCCCCLXXII. ipſo die Gregorii Pape & Doctoris.

Sit Benedictus homo DEUS & de Virgine natus
Nota ignota qui volt Teutunica verba
Legat opus preſens & retinere valebit
Maxima de mininis ex partibus accipe totum
Invenias quod amas ſi ſtudioſus eris
Ecce JEſu Chriſte claudo pietate libellum
Letitie cupiens celeſtis habere locellum
Sancta redemptoris genetrix quoque virgo pudoris
Libri preſſoris animam tege veſte decoris.

10:.

XXIV.

1473. *Leonardi de* UTINO Sermones Aurei de Sanctis. In fine notatur: Expliciunt Sermones aurei de Sanctis per totum annum, quos compilavit Magiſter Leonardus de Utino ſacræ Theologiæ Doctor Ordinis Fratrum Prædicatorum ad inſtantiam & complacentiam magnificæ comunitatis Utinenſis ac Nobilium Virorum ejusdem MCCCCXLVI. in vigilia beatiſſimi Patris noſtri Dominici Confeſſoris ad laudem & gloriam Dei omnipotentis & totius Curiæ triumphantis. MCCCCLXXIII. Fol. 5:.

XXV.

XXV.

1474. Vita Chriſti à quodam Religioſo Fratre LUDOLPHO Ordin. Carthuſienſis Montis B. Virginis extra Civitatem Argent. monacho magnoque & præcellenti Theologo compilata. Impreſſum anno Dom. 1474. Fol. maj. 16:.

XXVI.

1474. Volumen PSALTERII BREVIARIIQUE MAGUNTINENSIS impreſſoriæ artis induſtria perfectum & feliciter conſummatum in domo fratrum Clericorum comunis vitæ vallis Sanctæ Mariæ ejusdem Diœceſeos in RINGKAVIA anno Dom. MCCCCLXXIIII. Sabbatho poſt Reminiſcere. 4t.

Affixum tegmini linteum cui Chriſti icon impreſſa, vulgo Veronica. 6:.

XXVII.

Dry Bücher des DOCTRINALS *für die Leyen gemacht zu tütſch. Dieſe dry Bücher hat uf ein nuvves geſmidt uſs altem yſen vnd hat vil zu ym bevverte Leren geſazt ein Karthuſer zu Nüremberg ein Prieſter mit dem Namen* Erhart GROSSE, *mit Hulfe des Almechtigen Gottes.* Videtur ibidem circa an. 1474. typis exſcriptus, quemadmodum alter qui in eodem volumine continetur liber. Adjecta epiſtola manuſcripta: *Epiſtel oder Schrifft von Sant Bernhart, eynem Ritter* Raymundo *von dem Schloſs genant* Ambroſii *durch ſeyne fleiſsige Bittung geſant, in vvelcher er yn lernt von nüzlicher Regierunge der Haus-Sorg.* 4t. 4:.

XXVIII.

1475. *Aurelii* AUGUSTINI de Civitate DEI Libri XXII. Impreſſumque eſt opus hoc (typis certè elegantiſſimis) a diligenti Magiſtro *Gabriele Petri de* TARVISIO MCCCCLXXV. exiſtente Petro Mocenico Duce Venetiarum, *Venetiis.* Fol. 12:.

XXIX.

1475. Super primam DIGESTI veteris partem lectura eximii legum Doctoris Dom. BARTOLI peroptimè emendata impreſſioni dedita extat per *Johannem de* COLONIA Agrippinenſi ſociumque ejus *Jahannem de* MANTHEN *de* GHERETZEM, qui una fideliter degentes curam de laboratoribus conducendis adhibuerunt anno à natali Chriſtiano MCCCCLXXV. Opus non modo formæ magnitudine, chartæ puritate & præſtantia ac typorum nitore planè eximium, ſed initio figuris etiam planè eximiis, opere miniato, auroque fulgentiſſimum. Cernitur Bartolus in auditorio in Cathedra ſtans diſcipulosque docens, in fine autem Inſignia Generoſiſſ. & antiquiſſimæ Familiæ Dominorum à GLAUBURG, adparent. In margine vero leguntur annotationes doctæ celeberrimæque, quas Eruditus quidam ex jam laudata familia adſcripſit. 20:.

XXX.

1476. Liber SEXTUS DECRETALIUM una cum appäratu Domini *Joannis* ANDREÆ per ſingularem

larem Juris Utriusque Doctorem *Alexandrum* NEVUM in Patavino Gymnasio Juris Canonici lecturam ordinariam obtinentem diligentissime emendatus. VENETIIS impressus opera atque impensa Nicolai JENSON Gallici MCCCCLXXVI. Fol. maj. 16:.

XXXI.

1476. BONIFACII Octavi SEXTUS DECRETALIUM Forma maj. In fine sequentes versus & notata extant:

Pressos sæpe vides lector studiose libellos
Quos etiam gaudes connumerare tuis
Si fuerint nitidi tersi, si dogmata digna
Contineant & sit littera vera bona
Dispeream nisi invenias hæc omnia in istis
Quos pressit WENSZLERS ingeniosa manus
Nam quæcunque fuit hoc toto Codice pressa
Littera; solicito lecta labore fuit.

Insigne & celebratissimum opus Bonifacii Octavi quod sextum Decretalium appellant, in præclarissima urbe BASILEENSI ingenio & arte *Michaëlis* WENSZLERS impressum feliciter est finitum Anno Domini septuagesimo sexto post millesimum & quadringentesimum, octavo ydus Julii.

Eodem volumine continentur: CONSTITUTIONES CLEMENTIS Papæ V. unacum apparatu Domini *Jo.* ANDREÆ. Anno salutis nostræ LXXVI. post M & CCCC. V. nonas Maji ingenio & industria *Michaëlis* WENZSLER non absque summa arte & imprimendi peritia com-

 pletum

pletum eſt hoc dignum atque celebratiſſimum opus Conſtitutionum Clementis Quinti in inclytâ Urbe BASILEENSI, quam non ſolùm aëris clementia & fertilitas agri, verum etiam imprimentium ſubtilitas reddit famatiſſimam. 12:.

XXXII.

1476. Liber THEOLOGICO-MORALIS ſine titulo. *Gedruckt zu* AUGSPURG *nach* Letare anno MCCCCLXXVI. 4t. EODEM volumine continetur: *Ein nuzlich Ler vnd Predig vvie ſich zvvey Menſchen in dem Sacrament der heiligen Ee halten ſullen.* Iisdem typis ac eodem procul dubio tempore exſcripti libelli duo. In primi fine hoc legitur monitum: *Nu vvil ich lernen vvie ein Mann ein böſs Weib ſtraffen ſol* &c. *Zum erſten mit freuntlichen Worten* &c. *hilft das nicht vvan du es gar oft haſt getan, ſo slag ſy beſunder des morgens in dem Pedt mit einer Gerten vnd bezvving ſy nach deinem Gemüt.*

Tertio occurrit: *Ein heilſam nüzliche ler durch ein hochgelerten geiſtlichen Vater alſo beſchriben vnd iſt genant der Menſchen Spiegel, darin man lernt ſein ſelbs Erkantnüſs vnd den Weg der evvigen Selikeit.* 3:.

XXXIII.

1476. ELUCIDARIUS SCRIPTURARUM (ſeu Lexicon Biblicum) Impreſſum, terminatum conſumatumque eſt in regia Civitate NUREMBERGEN. per *Fridericum* CREUSNER incolam Civitatis ejusdem anno incarnationis Domi-

nicæ

nicæ MCCCCLXXVI. tertia feria ante festum Pentecostes die sexta Junii Fol. maj. 10:.

XXXIV.

1476. HYSTORIE *Des Kuniges* APPOLONII *gedruckt durch* Johannes BEMLER *zu* AUGSPURG MCCCCLXXVI. 4t. cum fig. facetis ligno insculpt. 3:.

XXXV.

1477. *Juniani* MAJI Parthenopei Opus de priscorum proprietate verborum seu de verborum Latinorum interpretatione (ut in præfixa ad Ferdinandum Regem epistola vocat) impressum Tarvisiæ per Bernardum de *Colonia* MCCCCLXXVII. Fol. 12:.

XXXVI.

1477. Q. A. PEDIANUS cura & diligentia POGII Florentini Viri litteratissimi repertus in monasterio S. Galli propè Constantiam XX. millibus passuum & ab ipsius Pogii exemplaribus ab A. JU. transcriptus ac VENETIIS per *Joh. de* COLONIA sociumque ejus *Jo.* MATHEN *de* GERRETZEM impressus MCCCCLXXVII. In *eodem* volumine habentur:

(2) *Georgii* TRABEZUNTII de artificio Ciceronianæ Orationis pro Q. Ligario. *Ibid.* per *eosd.* eod. Fol.

(3) *Antonii* LUSCHI Vicentini Oratoris clarissimi Inquisitio super XI. Orationes Ciceronis. *Ibid.* per *eosdem* eod. Fol. 6:.

XXXVII.

1477. *Andreas de* YSERNIA ſuper Feudis. In fine: Præſtantiſſima & utiliſſima lectura in uſibus Feudorum Clarisſimi Andreæ de Yſernia Legum Evangeliſtæ. Impreſſa NEAPOLI ſub aureo ſeculo & auguſta pace Ferdinandi Regis Clementisſimi in regnis Jeruſalem, Ungariæ & Siciliæ triumphatoris & Juſtitiæ zelatoris, per Venerabilem *Sixtum* RIESSINGER Alamannum ejusdem Regis devotum atque fidelem ſuum die V. Februarii anno incarnationis Domini noſtri JEſu Chriſti MCCCCLXXVII. Fol. 5:.

XXXVIII & XXXIX.

1477. CONCLUSIONES *ſive* DECISIONES Dominorum AUDITORUM *de* ROTA Volumina II. Fol. in fine Poſterioris hæc leguntur: Anno Domini MCCCCLXXVII. pridie nonis Januariis gravi labore maximisque impenſis Romanam poſt impresſionem opus iterum emendatum antiquarum novarumque DECISIONUM, ſuis cum additionibus Dominorum de ROTA. In civitate MAGUNTINA impreſſoriæ artis inventrice elimatriceque prima, *Petrus* SCHOYFFER *de* GERNSHEYM ſuis conſignando ſcutis, arte Magiſtra feliciter finivit. 16:.

XL.

1477. FLORES JURIS UTRIUSQUE ex voluminibus ejusdem juris laborioſiſſime collecti & compendioſiſſimè conſcripti. Impreſſi COLONIÆ

NIÆ AGRIPPINÆ per *Petrum de* OLPE ſub anno à Nativitate Domini MCCCC ſeptuageſimo ſeptimo completi & finiti ipſo die Martis decimi noni Auguſti. Fol. 5:.

XLI.

1477. ORTOLFFS *von Bayrlandt* Doctor *der Arzney, Arztpuch.* In fine indicis legitur:

Nach Chriſti unſers liben Herren Gepurt als man zalt tauſent vierhundert vnd ſiben vnd ſibenzig Jar am Montag nach Mittervaſten In des heiligen Romiſchen Reichsſtadt NURNBERG *iſt diſs Arzneypuch mit ſundermi fleiſs durch* Anthoni KOBURGER, *Burger daſelbs, gedruckt vvorden.* 3:.

XLII.

1477. *Jacobi de* VORAGINE Lampartica ſeu Lombardica Hiſtoria ſive legenda Sanctorum. 1477. Fol. 6:.

XLIII.

1477. *Aeneæ* SYLVII Poëtæ Senenſis de duobus amantibus Eurialo & Lucretia opuſculum ad Marianum Soſinum. EJUSDEM de amoris remedio Epiſtola. Impreſſ. ARGENTINÆ anno Dom. quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo. 8v. maj. 2:.

XLIV.

1478. Reverendiſſ. Cardinalis tituli Sancti Sixti Domini *Johannis de* TURRECREMATA expoſitio brevis & utilis ſuper toto Pſalterio MOGUNTIÆ impreſſa an. Dom. MCCCCLXXVIII. die quarta Aprilis per Petrum SCHOYFFER *de Gernsheym.* Fol. 8:.

XLV.

1478. OPUSCULUM CONFESSIONALE quod induſtria & arte impreſſoria fieri ordinavit & conſtituit vener. Vir. Magiſter *Joh.* LUPI Capellanus Cappellæ S. Petri in ſuburbio Francofurtenſi per ſuos manufideles pro Parochiis Sedium Diœceſis Maguntinenſis &c. quod completum eſt anno Domini MCCCCLXXVIII. 2:.

XLVI.

1478. DECRETALES cum Gloſſis opus ingens, Forma maxima. In fine legitur :

Haud ego nec ſcriptas Decretales neque preſſos
Confero cum noſtris in tribus eximiis,
In foliis ſpatium cunctis eſt marginis equum
Hoc fulget primum Codicis arte decus
Quærere ſi forſan diſtantes crebro fatigat
Gloſſas, hic folium vertere non opus eſt
Grammata certificant cito te monſtrantia gloſſas
Terſas & à mendis te faciet docilem.

Anno incarnationis Domin. MCCCCLXXVIII. XIIII. Kl. Sept. Sanctiſſimo in Chriſto Patre ac Domino, Domino Sixto Papa IIII. Pontifice Max. Illuſtriſſimo nobiliſſimæ Domus Auſtriæ Friderico Romanorum Rege Glorioſiſſimo rerum Dominis, Reverendiſſimo in Chriſto Patre Domino Johanne Præſule Baſileenſi in Nobili Urbe BASILEA ſuffragante Divina Clementia, ſine cujus ope nihil ritè finitur, hoc præſens Decretale, Gloſa cum ordinaria Domini BERNHARDI non atramentali penna cannave ſed arte quadam ingenioſa

niosa imprimendi cunctipotenti aspirante DEO *Michaël* WENSZLER suis consignando armis feliciter consummavit. 15:.

XLVII.

1479. JOANNIS Filii SERAPIONIS Medici Breviarium & alia opera. Impressa VENETIIS summo studio & arte Magistri RAINALDI NOVIOMAGENSIS Alemanni atque emendata per claros Medicos solertissimos ita quod existimatur esse absque errore aliquo, cum auxilio summi Redemptoris, qui sit benedictus. Completum anno Domini MCCCCLXXIX. Fol. 3:.

XLVIII.

1479. Excellentissimi Historici PLATINÆ in vitas Summorum Pontificum ad Sixtum IV. Pontif. max. præclarum opus accuratè castigatum ac impensa *Jo. de* COLONIA AGRIPINENSI ejusque Socii *Johannis* MATHEN *de* GHERETZEM III. idus Junii impressum anno salutis Christianæ MCCCCLXXIX. 12:.

LIX.

1480. Tractatus notabilis de POTESTATE PAPÆ & CONCILII Generalis. In fine legitur: Tractatus perquam utilis, luculenter clareque Domini Papæ & Concilii Auctoritatem, quodque eorum alteri præeminet, describens, disertè editus a Reverendiss. Patre & Domino *Johanne de* TURRECREMATA quondam tit. S. Sixti s. Sanctæ Rom. Ecclesiæ Presbyterô Cardinale. Jamque in lucem per *Henr.* QUENTEL *Colon.* Incolam

hac

hac imprimendi peritia ductus summaque diligenaia correctus in Christi sanctæque Rom. sedis laudem, quinto ydus Septembris. an. 1480. 10:.

L.

1480. JOSEPHI Machaciæ Filii Hebræi genere Sacerdotis ex Hierosolymis de antiquitate Judæorum contra Appionem Grammaticum Alexandrinum. Impress. in inclyta Civitate VERONÆ per Mag. *Petrum* MAUFER *Gallicum*. Anno salutis MCCCCLXXX Octavo Kalendas Januarii Pontifice Maximo Sixto Quarto & illustrissimo Venetorum Duce Jo. Mocenigo Fol. 10:.

LI.

1480. STRABONIS Amasini scriptoris illustris Geographiæ opus, quod *Joh.* VERCELLENSIS propria impensa viventibus posterisque exactissimâ diligentia imprimi curavit. Anno Sal. MCCCCLXXX. septimo Kl. Septembris Fol. 8:.

LII.

1480. VIRGILII Maronis Opera cum Servii Honorati enarratione. Impress. VENETIIS mira arte & diligentia *Petri* PIASI Cremonensis: *Bartholomæi* BLAVII Alexandrini & Andreæ TORESANI de ASULA. An. Domini MCCCCLXXX. Fol. 9:.

LIII.

1480. DIALOGUS Salomonis & Marcolfi circa an. 1480. editus 4t. 1:45.

LIV.

1481. CONSTITUTIONES CLEMENTIS

Papæ

Papæ V. cum apparatu *Joh.* ANDREÆ Clementiarum hoc opus (ut in fine notatur) præclarum in inclyta SPIRENSIUM Urbe impressum factore *Petro* TRACH inibi Cive. An. Domini MCCCCLXXXI. 21. die mensis Septembris feliciter est consummatum. Fol. 9:.

LV.

1481. Utriusque JURIS METHODUS. Impress. per *Joh.* KOELHOFF an. MCCCCLXXXI. in Vigilia Nativitatis Christi. Fol. 2:.

LVI.

1481. Libri quinque de consolatione Philosophiæ BOETHII Romani Consulis ac Oratoris splendidissimi una cum commentario (*S. Thomæ de* AQUINO) edit. per *Johannem* KOELHOFF de Lubick in Sancta Civitate COLONIA diligenter elaborati die vicesimo quinto Maij anno Gratiæ Millesimo quadringentesimo octogesimo primo. Fol. 8:.

LVII.

1481. TERENTIUS cum Aelii DONATI Grammatici interpretatione. Impressum Tarvisii per Mag. *Paulum* FERARI recognitumque per Magistrum Alvisyum STRAZAROLUM anno MCCCCLXXXI. die quinto Julii. Fol. 9:.

LVIII.

1481. *Daz Buch das man nennet ein* BURDLIN *der Zit* (Fasciculus Temporum) *gedruckt aber gerecht suber vnd rein durch Her Meyster* Bernhart RICHEL *Burger zu* BASEL *als man zalt noch der*

der Geburt Christi MCCCCLXXXI. *Jor*, pridie Kl. Septembris. Fol. 5:.

LIX.

1481. PROCESSUS BELIALS *gegen Christum Teutsch* : Processus judiciarius Belial intitulatus de Latino in vulgarem stilum mirificè translatus, opus quod egregium commendandumque, finit faustissimè. Quod æneis figuris *Anthonius* SORG in Cæsarea urbe AUGUSTENSI feliciter atque dignissimè perfecit an. Domini MCCCCLXXXI. feria sexta post Ascensionis Domini. Fol. cum figuris ridiculis ligno insculptis coloribusque distinctis. 3:.

LX.

1482. AVEROYS liber de Medicina qui dicitur Colliget, diligenti cura emendatus anno Gratiæ Domini 1482. impress. VENETIIS per solertes Impressores Magistrum *Laurentium de* VALENTIA & Socios. Fol. 3:.

LXI.

1482. *Marsilii* FICINI Florentini Opera. Impress. FLORENTIÆ per *Antonium* MISCOMINUM anno salutis MCCCCLXXXII. VII. IdusNovembris Fol. Exemplum nitidum auro ac coloribus ornatum. 12:.

LXII.

1482. DECRETALES cum Glossis BERNHARDI MCCCCLXXXII. Fol. max. In fine colore rubro impressa leguntur sequentia:

Haud

Haud ego nec ſcriptas Decretales neque preſſas
Confero cum noſtris in tribus eximiis:
In foliis ſpacium cunctis eſt marginis equum
Hac fulget primum Codicis arte decus
Querere ſi forſan diſtantes crebro fatigat
Gloſas, hic folium vertere non opus eſt.
Grammata certificant cito te monſtrantia gloſas.
Terſus & à mendis te faciet docilem.

Anno incarnationis Dnice MCCCCLXXXII. ydibus Marciis Sanctiſſimo in Chriſto Patre ac Dno. Dno. Sixto Papa IIII. Pontifice Maximo. Illuſtriſſimo Nobiliſſime Domus Auſtrie Friderico Romanorum Rege Glorioſiſſimo rerum Dominis. Reverendiſſimo in Xpo Patre Dno. Caſpar de Reno Epo. Baſilien. in nobili Urbe BASILEA ſuffragante Divina Clementia ſine cujus ope nichil finitur, hoc preſens DECRETALE, gloſa cum ordinaria Dni BERNHARDI non atramentali penna cannave, ſed arte quadam ingenîoſa imprimendi cuncti-potente Deo aſpirante *Michaël* WENSZLER ſuis conſignando armis (quæ inſignia ſtatim ſubjecta cernuntur ligno in ſculpta) feliciter conſummavit. 10:.

LXIII.

1482. VOCABULARIUS Breviloquus triplici alphabetho diverſis ex autoribus, nec non corpore utriusque Juris collectus ad Latinum ſermonem capeſſendum utiliſſimus. Impreſſus LUGDUNI per Magiſtrum *Petrum* UNGARUM anno Domini 1482. Fol. 6:.

LXIV.

LXIV.

1482. *Van den drie blinden* DANSSEN, Dialogus contra libidinem & voluptates proſâ & rhythmis vet. Belgicis conſcriptus. In fine legitur : *Dit Boeck is volmaect ter* GOUDE *in Hollant bi my Geraert* LEEU *in't Jaer ons Heeren* MCCCC *ende* LXXXII. *op den neghenſten Dach in* Augu-ſto. 4t. 1: 30.

LXV.

1482. PASSIONAL, *Das iſt: Der Heyligen Leben. Gedruckt vnd vollendt zu* AUGSPURG *von* Hanſen SCHONSPERGER, *am Montag nach Sant Andreas Tag nach Chriſti unſers lieben Herren Gepurt vierzehenhundert, vnd darnach in dem zvvei vnd achtzigſten Jar.* Fol. 3: 30.

LXVI.

1482. Opuſculum utique omni ſtatui atque hominum gradui ad vitam exemplandam perutile, continens ſuccinctè progreſſum Patrum ab initio mundi usque ad hoc tempus, cum actis notabilioribus eorundem, quod devotus quidam Carthuſienſis ejus auctor primus : FASCICULUM TEMPORUM nuncupavit. Impreſſum per *Albertum* KUNE de Duderſtadt Magunt. Diocœſ. & Admiſſum ab alma Univerſitate Colonienſi anno Domini Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſecundo. Foi. 6:.

LXVII.

1482. BLONDI Flavii Forlivenſis Roma inſtaurata. Impreſſum in inclyta Civitate VERONÆ anno Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo ſecundo die ſeptimo Februarii. Fol. 8:.

LXVIII.

LXVIII.

1483. M. Tullii CICERONIS Rhetoricorum libri. VENETIIS per *Baptiſtam de* TORTIS MCCCCLXXXIII. die ult. Octobris. Fol. 6:.

LXIX.

1483. SYLIUS Italicus cum Commentariis Petri Marſi VENETIIS MCCCCLXXXIII. per *Baptiſtam de* TORTIS. Fol. 6:.

LXX.

1483. *Der Seelen Wurzgart, gedruckt vnd ſeliglichen vollendet von* Conrad DINCKMUT *zu* ULM, *am nechſten Samſtag nach Sant Michels-Tag.* an. Dom. MCCCCLXXXIII. *Jar.* Fol. 1:60.

LXXI.

1483. CONCILIUM-*Buch geſchehen zu* COSTENCZ *darinn man vindet vvie die Herren Gayſtlich und Weltlich eingeritten ſeynd, vnd mit vvie viel Perſonen auch ir Wappen gemalet vnd vvie ſy abgeſchiden ſeynd, auch die Sachen die darin geſchehen ſeind; hüpſch vnd gerecht. Gedruckt und vollendt in der Keyſerlichen Stat* AUGSPURG *von* Anthoni SORG *am Afftermontag nach Egydii da man zalt nach Chriſti Gepurt* MCCCC *vnd in dem* LXXXIII. *Jare.* Fol. 6:.

LXXII.

1483. HUGONIS Didaſcalicon liber qui eſt de modo ſtudendi & ordine legendi anno MCCCC LXXXIII. in vigilia Simonis & Judæ. Fol. 2:.

LXXIII.

1483. *Wenceslai* BRACK Vocabularius (Lat. Germ.) MCCCCLXXXIII. Fol. 5:.

LXXIV.

1484. Rev. Patr. *Jacobi de* THERAMO Compendium, consolatio peccatorum nuncupatum & apud nonnullos Belial vocitatum, ad Papam Urbanum Sextum conscriptum. MCCCCLXXXIIII. Fol. 2:.

LXXV.

1484. MARTYROLOGIUM *Der Heiligen nach dem Kalender. Gedruckt zu* STRASBURG *durch* Joh. PRUSS MCCCCLXXXIIII. Fol. 3:.

LXXVI.

1484. AULI GELLII Noctium Atticarum libri perquam diligentissimè castigati ac nuperrimè impressi. VENETIIS Sumptibus Nobilis Viri Domini Octaviani SCOTI Civis Modœtiensis MCCCCLXXXIIII. idibus Novembris. Fol. 6:.

LXXVII.

1485. *Die* GULDIN BULLE *vnd Kunigclich* REFORMACION. *Getruckt zu* STRASBURG Johannes PRUSSZ anno Domini MCCCC LXXXV. Fol. cum lepidis figuris ligno insculptis. 4:.

LXXVIII.

1485. ALBOHAZEN HALY Astrologiæ seu de Judiciis stellarum liber. Impressus arte & impensis *Erhardi* RATDOLT de Augusta, regnante

Johanne

Johanne MocenicoDuce Venetiarum anno Dominicæ incarnationis 1485. quarto nonas Julii VENETIIS. Fol. 2:.

LXXIX.

1485. Clariss. Viri HYGINII Poëticon Astronomicon. Anno salutiferæ incarnationis Millesimo quadringentesimo Octogesimo quinto mensis Januarii die vigesima secunda, Impressum est præsens opusculum per *Thomam de* BLAVIS de Alexandria. VENETIIS 4t. 4:.

LXXX.

1485. M. Tullii CICERONIS de Oratore libri cum Commentariis Omniboni LEONICENI Rhetoris præstantissimi. EJUSDEM de perfecto Oratore &c. per *Bartholomæum* ALEXANDRINUM & *Andream* ASULANUM impress. VENETIIS Anno Nativitatis Dominicæ MCCCCLXXXV. III. nonas Martias. Fol. 6:.

LXXXI.

1486. M. T. CICERONIS officia cum interpretatione *Petri* MARSI. Impressum VENETIIS per *Marinum* SARACENUM anno salutis Dom. MCCCCLXXXVI. die XX. Decembris. Fol. 5:.

LXXXII.

1486. Nova DECRETALIUM compilatio Gregorii IX. (cum Glossa) impressa. BASILEÆ impensa atque diligentia *Michaëlis* VRENSSLER anno salutis Christi Millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto. Fol. 8:.

LXXXIII.

1486. USUS FEUDORUM ſeu notata ſuper uſibus Feudorum per eximium utriusque Juris Doctorem Magiſtrum *Joannem de* VANCKEL quam accuratiſſime collecta anno Domini MCCCCLXXXVI. in Profeſto Cathedræ Petri Fol. 5:.

LXXXIV.

1486. *Bernhardi de* BREYDENBACH Sanctarum peregrinationum in montem Syon ad Venerandum Chriſti ſepulchrum in Jeruſalem atque in montem Synai ad Divam Virginem & martyrem Katherinam opuſculum per *Erhardum* REUWICH de Trajecto inferiori impreſſum in civitate MOGUNTINA anno ſalutis MCCCC LXXXVI. die XI. Febr. 4:.

LXXXV.

1486. *Bernhardt von* BREYDENBACHS *Reyſen gen Jeruſalem zu dem heiligen Grab, vnd fürbaſs zu der hochgelobten Jungfrauen vnd Mertreryn Sant Katheryn durch* Erhart REUWICH *von Utricht ynn der Statt* MEYNZ *getrucket ym Jar unſers Heyls tuſent vierhundert vnd* LXXXVI. *yn dem* XXI. *Tag des Brachmonedts.* Fol. cum Tab. ligno inſculpt & coloribus diſtinctis. 3:.

LXXXVI.

1486. Terentii Phædria COMOEDIA in linguam Germanicam verſa cum Comment. etiam Germ. miris ac facetis figuris exornata. In fine legitur: *Diſe*

Dise Comedia *hat* Hanns NYTHART *zu* ULM; *lassen trucken den* Cunrad DINCKMUT *nach Christs Gepurt* MCCCCLXXXVI. *Jar.* Fol. 2:.

LXXXVII.

1486. HORATIUS cum Commentario *Christophori* LANDINI. Impressum *Venetiis* per Magistrum *Bernardinum de* TRIDINO ex Monteferrato anno salutis MCCCCLXXXVI. Fol. 8:.

LXXXVIII.

1487. LIBELLUS docens modum studendi & legendi contenta ac abbreviata, utriusque Juris tam Canonici quam Civilis in se continens titulos sive rubricas ejusdem Juris in alma Universitate Coloniensi impressus an. Dom. MCCCC LXXXVII. Fol. 2:.

LXXXIX.

1487. CRONICA *von Keyseren vnd Bebesten. Gedruckt vnd vollendet von* Hannsen SCHONSPERGER *in der Keyserlichen Stat* AUGSPURG *an der Mitvvoch nach Katherine do man tzalt nach Christi Gepurt tausen vierhundert siben vnd achzig Jar.* Fol. 8:.

XC.

1487. FASCICULUS temporum (Auctore *Wernero* LÆRIO cognomento ROLEVINC) impress. ARGENTINÆ per *Jo.* PRYSS anno Domini MCCCCLXXXVII. Fol. cum emendatio-

dationibus & additionibus nonnullis Mſtis à vet. manu adſcriptis. 9:.

XCI.

1487. PLINII ſecundi Naturalis hiſtoriæ libri XXXVII. VENETIIS impreſſ. per Magiſtrum *Marinum* SARACENUM anno MCCCC LXXXVII. die XIV. menſis Maji regnante illuſtriſſimo Principe Auguſtino Barbarico. Fol. Vir quidam doctus non modo lemmata ſed lectiones etiam variantes & annotationes creberrimas adſcripſit. 10:.

XCII.

1487. VIRGILIUS cum *Chriſtophori* Florentini annotationibus. Florentiæ impreſſum XV. Kalen. Aprilis 1487. Fol. 10:.

XCIII.

1687. I. *Petri* LOMBARDI liber ſententiarum una cum concluſionibus M. Henrici Gorichem. *Baſileæ* 1487. Fol. In fine notatur: Liber ſententiarum Magiſtri Petri Lom. una cum concluſionibus Magiſtri *Henrici* GORICHEM ſacrarum litterarum Interpretis eximii variis in punctis accuratiſſime emendatus. Impenſis operaque laborioſa nec non ſingulari cura ſpectabilis Viri *Nicolai* KESLERS BASILIEÆ. Incole & concivis. In ſingulare preconium Sancte & individue Trinitatis totiusque celeſtis curie, in majusque Preſidium Orthodoxe fidei Catholice. His caracteribus effigiatus conſumatus & perfectus: Anno legis gratie Milleſimo

mo quadringentefimo octuagefimo feptimo. Decimo Kalendas Junii

1486. II. An. Torq.*Sev.*BOETHII de Confolatione Philofoph. lib. cum Comment. *Thomæ de* AQUINO *Norimbergæ* MCCCCLXXXVI. In fine habetur:

Anitii Torquati *Severini* BOETII Viri nois celebritate quam memorandi textus de Philof. confolatione cum editione commentarii beati Thome de |Aquino Ordinis Predicatorum. *Anthonii* KOBERGERS Civis inclyte NUREMBERGENSIUM Urbis induftria fabrefactus finit feliciter anno à nativitate Chrifti Millefimo CCCC LXXXVI. in Vigilia Johannis Baptifte. 12:.

XCIV -- XCVI.

1488. *Jo. de* GERSON Cancellarii Parifienfis opera quæ ut frugem lectori uberrimam ferant emendatiffima lima caftigata fuere Anno Domini MCCCCLXXXVIII. Idusvero menfis Septembris octavo. Fol. Pars I. II & III. Vol. III. 12:.

XCVII.

1488. SERMONES *de* SANCTIS: Dormi fecurè vel dormi fine cura nuncupati & qui absque magno ftudio feliciter poffunt incorporari & populo prædicari. Impreffi ARGENTINÆ anno Domini MCCCCLXXXVIII. finiti in die S. Marcelli Papæ. Fol. Initio voluminis manu adfcripti Articuli in communione f. enumeratio peccatorum verfibus Lat. in fine hymni vet. Germ. in laudem B. Mariæ Virginis. 3:.

XCVIII.

1488. QUADRAGESIMALE de floribus Sapientiæ peroptimum editum & compilatum per egregium S. Theologiæ Doctorem Mag. *Ambrosium* SPIERA Tarvisinum Ordinis fratrum servorum Sanctæ Mariæ. Emendatum per Rev. Doct. S. Theol. Mag. *Marcum* VENETUM ejusd. Ord. impressumque *Venetiis* summa cura & diligentia *Boneti* LOCATELLI sumptibus & expensis D. Octaviani SCOTI Decimo Kal. Martii 1488. 4t. maj. 1: 30.

XCIX.

1488. HERBARIUS *gedruckt vnd vollendet durch* Hansen SCHONSPERGER *in der Kayserlichen Stadt zu* AUGSPURG *am Montag vor Sant Thomas-Tag* an. MCCCC *vnd in dem* LXXXVIII. *Jaar.* Fol. cum herbarum & aliis iconismis coloribus distinctis. 2:.

C.

1488. *Johannis de* JANDUNO quæstiones in tres libros Aristotelis de anima. Impressæ VENETIIS impendio Octaviani Scoti 1488. quarto nonas Martii Fol. adscriptæ sunt à vet. manu annotationes. 1: 45.

CI.

1488. ALBERTI M. excellentissimi Sacræ Theologiæ Doctoris, nec non Philosophiæ Principis Ordinis Prædicatorum, libri quatuor methaurorum, impressi per Renaldum de NOVIOMAGO

Theotonicum anno Dom. MCCCCLXXXVIII. menſis Maji die XXIIII. Fol. 2:.

CII.

1488. *Johannis de* Sacro BUSTO Sphæricum opuſculum una-cum additionibus nonnullis, contraque Cremonenſia in Planetarum Theoricas delyramenta *Jo. de* MONTE REGIO diſputationes tam accuratiſſimæ quam utiliſſimæ. Nec non *Georgii* BURBACHII in eorundem motus Planetarum accuratiſſimæ Theoricæ, cum figuris plurimis colore diſtinctis; adjectæ etiam manu anonymi cujusdam annotationes copioſiſſimæ. In fine leguntur:

Carmina in impreſſorum hujus opuſculi laudem;

Vraniæ quantum quantum debere fatentur
Cuncta Canopeo, cognitaque aſtra Viro
SANTRITTER Helbronnâ lucili ex urbe Johannes
Nec minus hæc Tibi de Sanctis Hieronyme debent
Quam ſocio: namque hic invenit; ipſe ſecus.

Hoc quoque ſideralis ſcientiæ ſingulare opuſculum mirifica illa arte nuper ingenio Germanico in lucem prodita impreſſione videlicet pridie calend. Aprilis anno ſalutis MCCCCLXXXVIII. completum eſt VENETIIS. 4t. 2:.

CIII.

1488. FASCICULUS TEMPORUM. Impreſſ. ARGENTINÆ per *Joh.* PRYSS an. Dom. MCCCCLXXXVIII. Fol. 6:.

CIV.

1488. POGGII Florentini Secretarii Apoſtolici Facetiarum liber impreſſus BASILEÆ. per N. K. quarta decima menſis Martii anno Domini MCCCCLXXXVIII. 4t. 3:.

CV.

1489. AUGUSTINUS de civitate DEI cum commento ſeu commentario ſacræ paginæ Profeſſorum Ordinis Prædicatorum *Thomæ* VALOIS & *Nic.* TRIVETH. An. Dom. MCCCCLXXXIX. Fol. Nomen typographi ex ultimis verſibus carminis, Tabulæ ſeu Indici in fine ſubjectis, patet:

Numine ſancte tuo Pater o tueare Joannem
De AMERBACH præſens qui tibi preſſit opus. 12:.

CVI.

1489. AUGUSTINUS de Civitate DEI cum Comment. *Thomæ* VALOIS & *Nicolai* TRIVETH. Fol. In fine hæc leguntur:

Hoc opus exactum divina arte Johannis
AMERBACENSIS: lector ubique legas
Invenis in textu Gloſis ſeu margine mirum:
Quo merito gaudet Urbs BASILEA decus.

Anno ſalutiferi Virginalis partus octogeſimo nono ſupra Milleſimum quaterque centeſimum Idibus Februariis. Habetur in hoc Volumine porro:

II. EJUSDEM AUGUSTINI de Trinitate. Baſileæ per eundem *Jo.* AMERBACH. MCCCCLXXXIX. Fol. 14:.

CVII.

CVII.

1489. *Thomas de* KEMPIS de imitatione Chriſti & de contemptu omnium vanitatum mundi. De interna converſatione. De interna locutione Chriſti ad animam fidelem. Cum quanta reverentia Chriſtus ſit ſuſcipiendus. Item Jo. Gerſon de meditatione cordis. *Argentinæ* impreſſ. anno Domini MCCCCLXXXIX. Duod. 1:60.

CVIII.

1489. *Jo.* GERSONIS Cancellarii Pariſienſis Operum Pars I. & II. anno ſalutis MCCCCLXXXIX. Fol. 3:.

CIX.

1489. S. BONAVENTURÆ Tractatus & libri quam plurimi. In fine legitur: Libri & tractatus una cum oratione in vitam & miracula S. Bonaventure generalis quondam miniſtri fratrum Minorum Cardinalis Epiſcopi Albunenſis & S. Theologie Doctoris Seraphici per *Martinum* FLACH ARGENTINE civem vigilanti curâ impreſſi finiunt feliciter anno gratie MCCCC LXXXIX. pridie Kal. Novembris.

1491. In *eodem* Volumine II. STATUTA SYNODALIUM Synodo publica per Reverendiſſ. in Chriſto Patrem & Dominum, Dominum HEINRICUM DEI gratia Epiſcopum BAMBERGENSEM in Eccleſia Bambergenſi celebrata, lecta & publicata. anno Dom. MCCCCXCI. menſis Maji XII. Kal. Junii impreſſ. 8:.

CX.

CX.

1489. *Aurelii* AUGUSTINI de Civitate DEI liber impreſſus VENETIIS juſſu impenſisque Nobilis Viri Octaviani SCOTI Civis Modœtienſis anno ſalutiferi Virginalis partus octogeſimo nono ſupra Milleſimum & quater centeſimum duodecimo Kalendas Martias. Fol. 8:.

CXI.

1489. DECRETA PATRUM ſive concordia diſcordantium Canonum cum ſuis apparatibus. In fine legitur: Inſignis ac Divinus DECRETORUM codex accuratiſſime feliciterque eſt ARGENTINÆ conſummatus Anno Chriſti Domini ſalutifero Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo nono, pridie vero nonas Septembris. Fol. maj. 9:.

CXII.

1489. FORMULARIUM PROCURATORUM impenſa & opera *Eucharii* SILBER aliàs FRANCK ROMÆ impreſſum ſub anno Domini MCCCCLXXXIX. decimo ſeptimo Kalend. Junii 4t. 2:.

CXIII.

1489. MENSA PHILOSOPHICA pertractans imprimis quid in conviviis pro cibis & potibus ſumendum eſt, deinde qui ſermones habendi, quæ inſuper facetiæ & joci interſerendi. Impreſſum *Heydelbergæ* MCCCCLXXXIX. 4t. 1:30.

CXIV.

CXIV.

489. LEGENDA & Miracula S. Goaris impensis *Johannis* GISEN de Nasteden artium liberalium Magistri impressa MOGUNTIÆ anno Domini MCCCCLXXXIX. 4t. 1: 30.

CXV.

489. *Guidonis de* COLUMNA Historia destructionis Trojæ. In Civitate ARGENTINA MCCCCLXXXIX. circa festum S. Urbani. Fol. 4:. Duplex exemplum.

CXVI.

489. HISTORIA ALEXANDRI Magni Regis Macedoniæ de Præliis. Impressa *Argentinæ* anno Domini MCCCCLXXXIX. finita in die S. Gertrudis Virginis. Fol. 4:.

CXVII.

489. GESTA ROMANORUM cum applicationibus moralisatis ac mysticis. Anno nostræ salutis MCCCCLXXXIX. die S. Sixti Papæ & martyris. Fol. 3:.

CXVIII.

490. AUGUSTINUS de Civitate DEI cum Comment. *Thomæ* VALOIS & *Nicolai* TRIVETH. BASILEÆ anno salutiferi Virginalis partus nonagesimo supra millesimum quaterque centesimum. Idibus Februarii. Fol. In *eodem* Volumine habetur:

EJUSD. de Trinitate liber anno Domini MCCCCLXXXX. Fol. 10:.

CXIX.

CXIX.

1490. MODUS LEGENDI ABBREVIATURAS in utroque Jure & Jo. de Urbach processus Judiciarius &c. Impress. ARGENTINÆ anno Domini MCCCCXC. finitus in Vigilia Laurentii. Fol. 1: 45.

CXX.

1490. VOCABULARIUS Juris utriusque impressus *Argentinæ* pro communi omnium utilitate & faciliori aditu ad utriusque Juris notitiam anno Domini MCCCCXC. finitur in professo S. Michaëlis. Fol. 4:.

CXXI.

1490. *Cl.* PTOLOMÆI Opera, Editio si typorum chartæque nitorem, formæ magnitudinem ac antiquitatem spectes planè miranda. Adjectæ sunt Tabulæ Geographicæ quam plurimæ elegantes plane aeri incisæ, pro primis, in hoc genere, omninò habendæ. In fine hæc notantur:

Hoc opus Ptolomæi memorabile quidem & insigne exactissima diligentia castigatum jucundo quodam charactere impressum fuit & completum Romæ an. à Nativitate Domini MCCCC LXXXX. die IV. Novembris arte ac impensis Petri de Turre. 25:.

CXXII.

1490 HISTORIÆ AUGUSTÆ scripiores. EUTROPII ac PAULI DIACONI de Gestis Rômanorum historia &c. In fine legitur:

Habes Candide lector Cæsarum vitas parvo aë-

te:

re: quas olim anxius quærebas maxima lucubratione à viris præstantissimis emendatas. Quæ omnia accuratissime VENETIIS impressa sunt per *Joannem* RUBEUM de Vercellis anno à nativitate Christiana MCCCCLXXXX. die XV. Julii. Fol. 6:.

CXXIII.

1490. Cento novelle (*Jo.* BOCCATII) *hundert neue Fabeln oder Historien gedruckt und vollendet in der Kayserlichen Stat* AUGSPURG *von* Anth. SORG *an dem nächsten Montag nach* Galli *nach Christi Gepurt tausent vierhundert vnd in dem neuntzigisten Jar.* Fol. cum fig. ligno insculpt. 3:.

CXXIV.

1491. BONAVENTURÆ Opus Præclarum Biblia Pauperum nuncupatum. anno Domini MCCCC XCI. 4t. 2:.

CXXV.

1491. *Johannis Michaëlis* ALBERTI Carrariensis libellus de memoria augenda. Impress. BONONIÆ per *Platonem de* BENEDICTIS civem Bononiensem regnante inclyto Principe D. D. Johanne Bentivolo secundo anno incarnationis Dominicæ MCCCCLXXXXI. die XXIIII. Januarii. 4t. 1: 45.

CXXVI.

1492. *B.* GREGORII Papæ Liber quadraginta Homeliarum de diversis Lectionibus Evangelii. Impress. *Parisiis* ad solem auratum vici Sarbonici

operâ

operâ M. *Georgii* WOLFF Badenſis Anno Domini Nonageſimo primo ſuper milleſimum quaterque centeſimum.

(o) II. *Ejusd.* GREGORII Homeliæ ſuper Ezechielem Prophetam. (o) (o) (o)

(o) III. EJUSD. PASTORALIA (o) (o) (o) 4:.

CXXVII.

1491. *Aurelii* AUGUSTINI opuſcula plurima, nec non vita ejus à POSSIDONIO conſcripta, impenſis & opera *Martini* FLACH ARGENTINÆ accuratiſſime impreſſa anno à nativitate Salvatoris noſtri MCCCCXCI. die XI. menſis Auguſti. Fol. 5:.

CXXVIII.

1491. Diſertiſſimi atque digniſſimi Sanctæ Eccleſiæ Doctoris CASSIODORI Rom. Urbis quondam Clariſſimi Senatoris famatiſſima Pſalmorum expoſitio poſt aliorum Sanctorum Patrum ſcripta exactiſſime digeſta dulciſſimoque fonte puriſſimæ Latinitatis irrigata: cum pervigilanti emendationis ſtudio auctore omnium cooperante: arte impreſſoria perfecta eſt per Magiſtrum *Johannem de* AMERBACH præclaræ BASILEENSIS urbis civem anno Domini MCCCCXCI Fol. 5:.

CXXIX.

1491. Doctiſſimi atque eximii Theologiæ Profeſſoris nec non Sacri Palatii præclariſſimi Doctoris Fratris *Armandi de* BELLOVISU Divi Ordinis Prædicatorum compendium difficilium termino-

minorum Theologiæ, Philoſophiæ atque Logicæ declarativum, impenſis Michaëlis WENSLER in urbe BASILEORUM diligentiſſime elaboratum anno Chriſtianiſſimi partus poſt Milleſimum quaterque centeſimum nonageſimo primo Kalendis Aprilibus. 8v. 1:30.

CXXX.

1491. *Ludolv.* BOLOGNINI de Bononia Utriusque Juris Doctoris Equitis aurati ac Sacri Palatii Apoſtolici Advocati Conſiſtorialis in extravagantem Theodoſianam Conſtitutionem Impreſſ. BONONIÆ per Platonem de Benedictis ſtampatorem ſolertiſſimum an. Dom. MCCCCLXXXXI. die XV. Julii. Fol. max. 4:.

CXXXI.

1491. *Fr.* BARTHOLOMÆI ANGLICI Ordinis Fratrum Minorum liber de proprietatibus rerum impreſſus ARGENTINÆ anno Domini MCCCCXCI. Fol. 3:.

CXXXII.

1491. LAURENTII VALLENSIS Patritii Rom. Commentariorum Grammaticorum de elegantia latinæ linguæ ſex. VENETIIS per BERNARDINUM de Novaria. MCCCCLXXXXI. die vero ultimo Maji. Fol. 4:.

CXXXIII.

1491. BARTHOLOMÆI COLONIENSIS ſilva carminum *Jacobus* BREDENSIS impreſſit feliciter anno MCCCCXCI. Februarii XVI. 4t. 2:.

CXXXIV.

1491. SOLINUS de memorabilibus mundi. Impressum VENETIIS per *Theodorum de* REGAZONIBUS de Asula an. Dom. MCCCCLXXXXI. die XXIII. Mensis Augusti regnante inclyto Domino Augustino Barbadico Duce Venetiarum. 4t. Adscriptæ â vet. manu variæ lectiones. 6:.

CXXXV.

1492. VIRGILII Maronis Opera cum Servii Mauri HONORATI Grammatici: Aelii DONATI: *Christoph.* LANDINI atque *Domitii* CALDERINI Commentariis NURNBERGÆ impressa impensis *Anthonii* KOBERGER anno Christi MCCCCXCII. Fol. 5:.

CXXXVI.

1492. Eadem Publii VIRGILII Maronis editio: Adjectæ sunt à vet. manu annotationes. 6:.

CXXXVII.

1492. TABULÆ Astronomicæ ALPHONSI Regis. In fine hæc est nota: Expliciunt Tabulæ Tabularum Astronomicæ Divi ALFONSI Romanorum & Castellæ Regis illustrissimi: opera & arte mirifica viri solertis *Johannis* HAMMAN de Landoia dictus HERTZOG curâque sua non mediocri, impressione completæ existunt felicibus astris. Anno a prima rerum ætherearum circuitione 8476. sole in parte 18. gradiente Scorpii sub Cœlo Veneto. Anno Salutis 1492. currente pridie Calend. Novembr. VENETIIS 4t. 4:.

CXXXVIII.

1492. CRONECKEN *der* SASSEN. h. e. Chronicon Saxonicum lingua vernacula vulgo *Plattdeutsch* scriptum multisque figuris ligno incisis ornatum. In fine legitur: *Düsse Kronecke van Keyseren vnde anderen Fursten vnd Steden der Sassen mit ören Wapen hefft geprent* Peter SCHOFFER *van* GERNSHEIM *in der eddelen Stat* MENCZ *die eyn Anefangk is der Prenterÿ In deme Jare na Christi Gebort Dusent vierhundert* LXXXXII. *uppe den Sesten Dach des Mertzen.* Fol. 8:.

CXXXIX.

1493. Rationale Divinorum officiorum (*Guil.* DURANDI Minathensis Episcopi) Impressum ARGENTINÆ Anno Domini MCCCCXCIII. finitum sexta feria ante festum Mariæ Magdalenæ. Fol. 5:.

CXL.

1493. Liber secretorum ALBERTI MAGNI de virtutibus herbarum & animalium quorundam EJUSDEMQUE liber de mirabilibus mundi & etiam de quibusdam effectibus causatis à quibusdam animalibus. Impress. ARGENTINÆ MCCCCXCIII. pridie idus Martii duod. Initio & in fine voluminis manu adscripta sunt medica nonnulla. 3:.

CXLI.

1493. *Franc.* PHILELPHI Epistolarum libri XVI. Impressi VENETIIS anno à natali Christiano

M C C C C L X X X X I I I. die XV. Januarii Fol. 5.

CXLII.

1493. Liber CHRONICARUM per viam epithomatis & breviarii compilatus, opus quidem præclarum & cum doctissimo quoquo comparandum. Continet enim gesta quæcunque digniora sunt notatu ab initio mundi ad hanc usque temporis nostri calamitatem. Ad intuitum autem & preces providorum Civium Sebaldi Schreyer & Sebastiani Kammermaister hunc librum Dominus *Anthonius* KOBERGER NURMBERGÆ impressit. Adhibitis tamen Viris Mathematicis pingendique arte peritissimis *Michaele* WOLGEMUT, & *Wilhelmo* PLEYDENWURFF quorum solerti accuratissimaque animadversione tum Civitatum tum illustrium virorum figuræ insertæ sunt. Consumatum autem duodecimo mensis Julii anno salutis nostræ 1493. forma max. 12.

CXLIII.

Idem CHRONICON in linquam Germ. versum per *Georgium* ALTEN. In fine enim hæc leguntur: *Hie ist entlich beschlossen das Buch der Chronicken vnd Gedechtnuss-wirdigen Geschichten von Anbeging der Werlt biss auf dise unsere Zeit von hochgelehrten Mannen in Latein mit grosem Fleiss vnd Rechtfertigung versammlet vnd durch* Georgium ALTEN *desmals Losungs-Schreiber zu Nuremberg aus demselben Latein zu Zeiten*

ten von Maynung zu Maynung vnd beyvveilen (nit on Ursach) Auszugs vveise in Teutsch gebracht vnd darnach durch den Erbern vnd Achtpern Anthonien KOBERGER *daselbst zu* NUREMBERG *gedruckt auf Anregung vnd Begeren der Erberen vnd Weysen Sebalden Schreyers, vnd Sebastian Kammermeisters Burgere daselbst, vnd auch mit Anhängung Mich. Wolgemutz vnd Wilhelm Pleydenvvurffs Maler daselbst auch Mitburger, die diess Werck mit Figuren vvercklich geziert haben, Vollbracht am* XXIII. *Tag des Monats Decembris nach der Gepurt Christi unsers Haylands* MCCCCXCIII. *Jar.* eadem formâ. 12:.

CXLIV.

Alia EJUSDEM editio Germ. *Gedruckt und vollendt in der Kayserlichen Stadt* AUGSPURG *durch Hansen Schonsperger im Jar nach Christi Geburt* MCCCCXCVI. *am* XVIII. *Tag des Herbstmonats.* Eadem formâ maxima. 10:.

CXLIV. (b)

1493. *Aurelius Corn.* CELSUS de Medicina. Impressor *Joannes* RUBEUS Vercellensis fuit, die VIII. mensis Julii MCCCCXCIII. VENETIIS Fol. Adj. in fine excerpta ex Commentario in Physicam VALERII D. D. NEUWALD manuscripta 4:.

CXLV.

1494. AUGUSTINI plura ac diversa Sermonum opera. BASILEÆ per Magistrum de AMERBACH anno salutiferi virginalis partus nonage-

ſimo quarto ſuper milleſimum quaterque centeſimum. Fol. 4:.

CXLVI.

1494. STRABONIS Gnoſii Amaſini Scriptoris celeb. de ſitu Orbis libri XVII. e Græco traducti *Gregorio* TYPHERNATE ac GUARINO Veronenſe interpretibus, quod Geographiæ opus *Joannes* VERCELLENSIS propria impenſa viventibus poſterisque exactiſſima diligentia imprimi curavit anno Sal. MCCCCLXXXXIIII. die 28. Januarii. Fol. 6:.

CXLVII.

1494. VALERIUS MAXIMUS cum Commento Oliverii ARZIGNANENSIS Vicentini. Impreſſ. VENETIIS MCCCCLXXXXIIII. die XVI. Julii. Fol. 5:.

CLXVIII.

1494. Quintiliani Inſtitutiones cum commento *Laurentii* VALLENSIS: POMPONII ac SULPITII. Impreſſum VENETIIS per *Peregrinum de* PASQUALIBUS de Bononia anno Domini MCCCCLXXXXIIII. die XVIII. Auguſti. Fol. 5:.

CXLIX.

1494. OVIDIUS de arte amandi & de remedio amoris cum Commento *Barth.* MERULÆ. Impreſſit VENETIIS Vir ſolers & induſtrius *Johannes de* TRIDINO alias TACUINUS anno ſalutis MCCCCLXXXXIIII. tertio nonas Julias

Auguſtino

Auguſtino Barbadico Duce inclyto ac feliciſſimo. Fol. 4:. bis.

CL.

1494. LACTANTII Firmiani de Divinis inſtitutionibus libri ſeptem. EJUSDEM de ira DEI ad Donatum. De opificio DEI & formatione hominis ad Demetrianum. Carmina EJUSDEM de Phœnice & de die reſurrectionis Dominicæ. Nephitomon EJUSDEM. Item TERTULLIANI apologeticus adverſus gentes perquam diligentiſſime caſtigati ac nuper impreſſi. VENETIIS cura & expenſis Nobilis Viri Domini Octaviani SCOTI Modoetienſis MCCCC LXXXXIIII. quinto Idus Octobris per Bouctum Locatellum. Fol. 6:.

CLI.

1494. Opus præclariſſimum Epiſtolarum devotiſſimi beatiſſimique BERNHARDI primi Clarevallenſis Abbatis quam emendatè caſtigatum. Exaratum Baſileæ anno Domini nonageſimo quarto ſuper milleſimum quaterque centeſimum die vero prima menſis Decem, Fol. Initio voluminis manu adſcripta ſunt ſequentia:

I. Elegia *Jo.* STIGELII monens ut pauperes, onerati honeſtis laboribus, ſuam ſortem boniconſulant etiamſi non accipiant juſta præmia. MDXLIX.

II. EJUSDEM ut videtur STIGELII conſultatio de Conciliis in Eccleſia celebrandis. In fine voluminis porro occurrunt manuſcripta.

III. Index præcipuorum locorum & hiſtoriarum notabilium in quinque libris Moyſis juxta litteras Alphabeti.

IV. DIALOGUS LIBERII Rom. Epiſcopi cum CONSTANTIO Imp. habitus.

V. Reliqua conſultationis ſupra laudatæ de Conciliis, cui in fine ſubjectus: Ordo Conciliorum ex libro cui Titulus: Concilia omnia per quendam Patrem Minoritam Mechilenenſem. 5:.

CLII -- CLV.

1494. Primà pars operum M. *Joannis de* GERSON ſacrarum litterarum Doctoris reſolutiſſimi Chriſtianiſſimiq; complectens tractatus fidem ac poteſtatem Eccleſiaſticam concernentes (ARGENTINÆ anno Dominicæ incarnationis MCCCC XCIIII. Idibus Decembris Fol.

EJUSDEM operum pars ſecunda continens opuſcula ad mores accommodata. Eod. anno. Fol.

EORUNDEM Pars Tertia, quæ contemplativæ vitæ præcepta tradentes tractatus continet. *Ibid.* Eod. anno Fol.

Quarta pars Operum *Joannis* GERSON prius non impreſſa. Ad lectorem Hexaſticon in opus quartum GERSONIS:

Quod fuit infectum terra rubigine quondam
Matthias SCHURER clarificavit opus
Jamdudum è cœcis dat bibliopola tenebris
WIINPHELINGE operâ magne Jacobe tuâ
Nunc quicunque ſtylum vult lector habere politum
Calcographi FLACCI nonniſi nomen emat.

In

In fine autem leguntur hæc: Finit quarta pars Operum *Johannis* GERSON quæ prius non fuere impressa, jam vero prodeunt feliciter ex officina *Martini* FLACCI junioris ARGENTINÆ exactissima *Matthiæ* SCHURER Schletstattini consobrini ejus opera III. Kal. Martii anno 1502. Fol. 12:.

CLVI.

1494. Opera & Libri vitæ fratris *Thomæ de* KEMPIS Ordinis Canonicorum regularium in Vigilia Andreæ Apostoli Anno Christi 1494. NUREMBERGÆ per *Casp.* HOCHFEDER opificem accuratissime impressi. Fol. 5:.

CLVII.

1494. Dulcissimi ac Divi *Thomæ de* KEMPIS Viri piissimi religiosissimique de imitatione Christi opus: quod falsò apud vulgares Gersoni Parisiensi Cancellario impingitur, casta ac intemerata Dei Genetrice favente, libri quatuor cum tractatu de meditatione Cordis *Jo.* GERSON. Annus & locus editionis neque initiô neque in fine apparent, colligi tamen ex præfixis *Georgii* PIRCKAMERI Carthusiæ Domus Nürmbergæ Prioris & *Petri* DONHAUSERI epistolis potest NUREMBERGÆ MCCCCXCIV. exscripta fuisse hæc opuscula Fol. 5:.

CLVIII.

1494. I. *Joh.* TRITHEMII Abbatis Spanheimensis de laudibus sanctissime Matris Anne tractatus.

Impreſſ. in Nobili Civitate MAGUNTINA per Petrum Friedbergenſem anno Virginei partus MCCCCXCIIII. XII. Kalendas Auguſti.

1494. II. Libellus perutilis de fraternitate ſanctiſſima & Roſario B. Marie Virginis fratris *Jo. de* LAMSSHEIM Canonici Regularis in Kirsgarten prope Wormaciam. Deſideratus jam pridem, finis huic terſiſſimo opuſculo imponitur per Petrum Friedbergenſem impreſſorie artis non ignarum in aurea MAGUNCIA anno humanæ reſtaurationis MCCCCXCV.

1490. III. PHARETRA FIDEI Catholice ſive ydonea diſputatio inter Chriſtianos & Judæos, in qua per pulchra tanguntur media & rationes quibus quivis Chriſti fidelis tam ex Prophetis ſuis propriis quam ex noſtris, eorum erroribus faciliter poterit obviare. Impreſſum Liptzk per *Conradum* KACHELOVEN anno Domini MCCCC nonageſimo quarto.

(o) IV. Inſtitutio vitæ Sacerdotalis Dni *Johannis* TRITEMII Abbatis Spanhemenſis Ordinis Divi Patris Benedicti, Moguntinenſis Dioceſis, ad Nicolaum Presbyterum Mernicenſem, Treverenſis Dioceſis. Sine loci & temporis mentione.

(o) V. ORATIO pulchra & elegans de ſtatu Clericali Jacobi Han Argentinenſis ad Clerum Spiris habita.

(o) VI. OFFICIUM de compaſſione B. MARIE Virginis.

(o) VII. DIALOGUS inter rationem & conſcientiam exort. utrum, quando ac quibus ab initio motivis

MISSA

MISSA celebranda abstinendave sit? Edit. per venerabilem Magistrum *Mattheum de* CRACOVIA Sacre Theologie Professorem studii Pragensis.

1495. VIII. De DIVINA PRÆDESTINATIONE tractatulus fratris FELICIANI Ordinis Prædicatorum feliciter impressus anno salutis nostræ MCCCCXCV. omnia uno volumine. 3:.

CLIX.

1494. HISTORIA ALEXANDRI MAGNI Regis Macedoniæ. Impress. *Argentinæ* anno Domini MCCCCXCIIII. finita altera die Urbani Fol. 2:.

CLX.

1494. Oratio JASONIS nitidissima in sanctiss. matrimonium felicissimasque nuptias Maximiliani Regis & Blancæ Mariæ Reginæ Romanorum. Earundem faustarum nuptiarum Epithalamion *Sebast.* BRANT. *Inspruck* die XVI. Mart. anno à Natali Christ. MCCCCXCIIII. 4t. 1:45.

CLXI.

1495. ARISTOTELIS libri de Cœlo & mundo cum expositione Sancti *Thomæ de* AQUINO & cum additione *Petri de* ALVERNIA. VENETIIS mandato & sumptibus Nobilis Viri Domini *Octaviani* SCOTI Civis Modœtiensis per *Bonetum* LOCATELLUM Bergomensem anno à salutifero partu Virginali nonagesimo quinto supra millesimum ac quadringentesimum sub

felici

felici Ducatu Sereniſſ. Principis Dni Auguſtini Barbadici quinto decimo Kalendas Septembres. Fol. 3:.

CLXII.

1495. REPERTORIUM aureum mirabili artificio contextum, continens titulos quinque librorum DECRETALIUM & concordantias materiarum ejusdem in Sexto Clementinis Decreto & toto corpore Juris Civilis correſpondentium. In fine hæc leguntur: Opuſculum egregium &c. quod jam decennio in arcivis ſine fructu, ſicut ignis in venis, abſtruſus latuit: ex Lauretina Burſa Florentiſſimi Gymnaſii Agrippinenſis COLONIÆ ad profectum Scholarium &c. in lucem prodit & anno ſalutis Milleſimo quadringenteſimo ſuper nonageſimum quinto per honeſtum Virum *Henricum* QUENTELL prænominatæ Urbis Civem emendatiſſime eſt procharacteriſatum &c. 5:.

CLXIII.

1495. PAPIENSIS *de* TORTIS Practica. VENETIIS per *Baptiſtam de* TORTIS MCCCC LXXXXV. die VII. Octobris. Fol. max. 4:.

CLXIV.

1495. D. *Jo. Antonii* CAMPANI Epiſcopi Opera per *Michaëlem* FERNUM MEDIOLANI an. MCCCCXCV. Fol. ut è præfixo Privilegio & epiſtolis patet, edit. Fol. 5:.

CLXV.

1495. *Marſilii* FICINI Florentini Epiſtolæ familiares

liares impensa providi *Hieronymi* BLONDI Florentini VENETIIS commorantis, opera vero & diligentia *Matthæi* CAPCASÆ Parmensis : Impressæ VENETIIS æquinoctium Venetale Phœbo introeunte &c. An. salutis MCCCCLXXXXV. Fol. 5:.

CLXVI.

1495. *Jo.* TORTELLII vocabulorum gemma cum diligentia correcta ac per providum Virum *Hermannum* BOMGART de Kettwych COLONIENSEM impressorem exarata anno Dominicæ incarnationis Millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto ultima mensis Febr. 4t. 2: 30.

CLXVII.

1495. BARTHOLOMÆI COLONIENSIS Epistola Mythologica. Impress. Delf. MCCCC XCV. 4t. 1:.

CLXVIII.

1496. Virorum illustrium vitæ ex PLUTARCHO Græco in Latinum versæ solertique cura emendatæ. VENETIIS impressæ per *Bartholomæum de* ZANIS de Portesio anno nostri Salvatoris 1496. die oct. mensis Junii. Fol. 2:.

CLXIX.

1496. TERENTIUS cum Directorio vocabulorum, sententiarum & Artis Comicæ, Glossa interlineari & Commentariis DONATI, GUIDONIS & ASCENSII. Impressum in imperiali ac urbe libera ARGENTINA per Magistrum *Joannem*

Joannem GRUNINGER accuratiſſimè nitidiſſimeque elaboratum. Anno incarnationis Dominicæ Milleſimo quaterque centeſimo nonageſimo ſexto Kalend. Novembr. Fol. Adjectus in fine Commentariolus de uſu pronominum reciprocorum apud Latinos Ms. 6:.

CLXX.

1496. S. GREGORII M. Papæ Moralium opus in Officina *Nicolai* KESLERS BASILEENSIS anno Domini MCCCCLXXXXVI. Fol. 3:.

CLXXI.

1496. B. GREGORII Papæ libri Dyalogorum una cum annotationibus capitulorum. Impreſſi ac diligentiſſime correcti Baſileæ per Michaëlem Fürter ſub anno Domini Milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſexto. 4t. 2:.

CLXXII.

1496. M. *Guilhelmi* OCKAM ſuper poteſtate ſummi Pontificis octo quæſtionum Deciſiones. Impreſſum eſt hoc opuſculum quanta maxima pro exemplariorum penuria atque mendoſitate fieri potuit diligentia *M. Johannis* TRECHSEL Alemanni in civitate LUGDUNENSI. Anno ſalutis noſtræ MCCCCXCVI. die vero octavo Octobris Fol. A veteri manu adſcripta ſunt lemmata & annotata nonnulla. 4:.

CLXXIII.

1496. VOCABULARIUS Juris impreſſus NUREM-

NUREMBERGÆ per *Anth.* KOBERGER anno Dom. MCCCCXCVI. finitus in Vigilia Viſitationis Mariæ. 4t. 3:.

CLXXIV.

1496. *Franciſci* PETRARCHÆ opera. Accedit liber Auguſtalis *Benevenuti de* RAMBALDIS &c. BASILEÆ per Magiſtrum *Jo. de* AMERBACH anno ſalutiferi Virginalis partus nonageſimo ſexto ſupra milleſimum quaterque centeſimum Fol. 5:.

CLXXV.

1496. CORNU COPIÆ *Pyrrhi* PEROTTI Impreſſum Venetiis per *Jo. de* TRIDINO alias TACUINUM an. Domini MCCCCLXXXXVI. die XX, Dec, regnante inclyto Duce Auguſtino Barbarico Victorioſiſſimo Principe. Fol. 6:.

CLXXVI.

1496. DECRETUM cum Gloſſa per *Baptiſtam de* TORTIS VENETIIS MCCCCLXXXXVI. forma maxima. Adjectæ in margine annotationes nonnullæ manuſcriptæ. 8:.

CLXXVII.

1496. I. PRISCIANI volumen majus & minus. Impreſſum VENETIIS per *Bonetum* LOCATELLUM impenſis Nobilis Viri Domini *Octaviani* SCOTI Modœtienſis anno ſalutis MCCCC XCVI. Fol.

1513. II. P. TERENTII Aphri Comœdiæ à GUIDONE JUVENALE perquam litterato familiariter

miliariter explanatæ & à *Jodoco* BADIO ASCENSIO recognitæ &c. Impress. *Mediolani* per *Jo. Angelum* SCINZENZELER anno Domini MCCCCCXIII. Fol. uno Vol. 5:.

CLXXVIII.

1496. HERBARIUS *zu teutsch, vnd von allerhand Kreuteren. Durch* Hansen SCHONSPERGER *in der Kays. Stadt* AUGSPURG *am Afftermontag vor unsers Herrn Auffart nach Christi Gepurt tausent vierhundert vnd in dem sechs vnd neunzigisten Jare.* Fol. cum iconismis ligno insculpt. coloribusque distinctis. 3:.

CLXXIX.

1496. MARGARITA PHILOSOPHICA totius Philosophiæ Rationalis, Naturalis & Moralis principia dialogicè duodecim libris complectens MCCCCLXXXXVI. 4t. opus miris figuris iisque coloribus distinctis, ornatum. 2:.

CLXXX.

1496. *Eadem* MARGARITA Philosophica eod. Anno MCCCCLXXXXVI. 4t. 2:.

CLXXXI.

1496. *Das Buch der* CHRONICKEN *vnd Geschichten mit Figuren vnd Pildnissen von Anbegin der Welt biss auf diese unsere Zeit, gedrukt vnd vollendt in der Keyserlichen Statt* AUGSPURG *durch* Hansen SCHONSPERGER *im Jar nach Christi Gepurt* MCCCCXCVI. *am* XVIII. *Tag des Herbstmonats* Fol. 6:.

CLXXXII.

CLXXXII.

1497. Sermones S. BERNARDI Abbatis Clarevallis ſuper Cantica Canticorum. Sermones GILBERTI ſuper eadem. Impreſſi ARGENTINÆ per *Martinum* FLACH, inibi concivem, anno Domini MCCCCXCVII. Fol. 3:.

CLXXXIII.

1497. CLAG, *Antvvurt vnd ausgeſprochene Urteyl gezogen aus geyſtlichen vnd vveltlichen Rechten, dadurch ſich eyn yeder er ſey Clager, Antvvurter oder Richter vor unrechter Tat Handlung und Fürnemen hüten mag. Selıgklich gedruckt in der Keyſerlichen Statt* AUGSPURG *von* Hanſen SCHONSPERGER *als man zalt nach Chriſtus Gepurt* MCCCCXCVII. *Jar.* Fol. 1: 45.

CLXXXIIII.

1497. Commentariolum ſuper Theoricas novas *Georii* PURBATII (ſ. potius *Georgii* PURBACHII) in ſtudio Generali Cracovienſi per Magiſtrum Albertum de Brudzeuuo pro introductione juniorum corrogatum. Impreſſum arte *Alderici* SCINZENZELER anno Chriſti 1497. tertio Kalendas Aprilis MEDIOLANI. 4t. 2: 30.

CLXXXV.

1497. Liber CHRONICARUM cum figuris & ymaginibus ab initio mundi usque nunc temporis. Impreſſ. ac finit. in vigilia Purificationis Mariæ in Imperiali urbe AUGUSTA à *Johanne* SCHONSPERGER anno ab incarnatione Domini MCCCCXCVII. Fol. 8:.

CLXXXVI.

1497. *Jo.* REUCHLIN Phorcensis Scenica progymnasmata. *Joannes* KYCHARTZHUSER recensuit 1497. 4t. 3:.

CLXXXVII.

1498. ARISTOPHANIS Comœdiæ novem cum SCHOLIASTE Gr. solum. VENETIIS apud ALDUM MIID Idibus Quintilis. Fol. 12:.

CLXXXVIII.

1498. HORATII Flacci Venusini Poëtæ Lyrici opera cum quibusdam annotationibus pulcherrimis aptisque ad Odarum concentus sententiis. Elaboratum impressumque hoc opus in celebri Imperialique urbe ARGENTINA opera & impensis sedulis quoque laboribus Providi Viri *Johannis* REINHARDI cognomento GRUNINGER civis ejusdem Urbis Argentinensis quinto Idus Martii, absolutum vero an. Domini MCCCC XCVIII. Fol. 6:.

CLXXXIX.

1498. Divinæ REVELATIONES METHODII Martyris cum præfatione ac concordantiis &c. laboriosa cura & ingenio Wolfgangi AYTINGER Clerici ac incolæ AUGUST. VINDELIC. artium Magistri, nec non Juris utriusque Promoti. BASILEÆ per Mich. Furter opera & vigilantia *Sebast.* BRANT an. 1498. nonis Januariis. Opusculum miris figuris ligno incisis instructum. 4t. 2: 45.

(E) CXC.

CXC & CXCI.

1498. Corpus JURIS CANONICI cum Gloſſ. in urbe VENETIARUM opera atque induſtria *Andreæ* THORESANI de ASULA diligenter impreſſum anno ſal. MCCCCXCVIII. ſeq. Vol. I. & II. 8v. maj. 8:.

CXCII.

1498. REFORMACION *der Statut vnd Geſeze löblichen Statt* NURMBERG *gedruckt durch* Hanſs SCHOENSPERGER *in der Keyſerlichen Statt Augſpurg, als man zalte nach der Gepurt Chriſti* MCCCC *vnd* XCVIIII. *Jar.* Fol. 4:.

CXCIII.

1498. *Marſ.* FICINI de triplici vita libri tres. &c. impreſſ. *Venetiis* MCCCCXCVIII. 4t. 1:45.

CXCIV.

1498. M. *Antonii Coccii* SABELLICI Rapſodiæ Hiſtoriarum ab orbe condito Enneades ſeptem. Impreſſum VENETIIS per Bernardinum & Mattheum Venetos qui vulgo dicuntur Li ALBANESOTI an. incarnationis Dominice MCCCC CXVIII. pridie Calendas Aprilis, regnante inclyto Auguſtino Barbadico, Sereniſſimo Venetiarum Principe. Editio ſi vel chartæ vel typorum nitorem magnitudinemque ſpectes auguſtiſſima atque ſplendidiſſima, Formâ maximâ. 15:.

CXCV.

1498. *Joannis* ANNII VITERBIENSIS Opera. Fol. In fine hæc nota legitur: fratris Joannis An-

nii Viterbienſis Ordinis Prædicatorum Theologie Profeſſoris ſuper opera diverſorum Auctorum de Antiquitatibus loquentium confecta, finiunt ROMÆ in campo Floræ Anno Domini MCCCC XCVIII. die III. menſis Auguſti impreſſa per *Eucharium* SILBER alias FRANCK ſedente Sanctiſſimo in Chriſto Patre & Domino D. Alexandro Papa VI. anno ejus ſexto. 8:.

CXCVI.

1498. SERMONARIUM de Excellentiis Beatiſſimæ Virginis MARIÆ quod MARIALE appellatur. In fine legitur : Mariale de excellentiis Reginæ Cœli : Impreſſum ARGENTINÆ per *Martinum* FLACH inibi concivem. Anno à nativitate Dni Milleſimo quadringenteſimo nonageſimo octavo. Menſis vero Auguſti die decimo quinto. Fol. 2: 30.

CXCVII.

1499. HESIODI liber Georgicorum à Nic. de VALLE translatus & impreſſus LIPTZICK per *Jac.* THANNER Herbipolenſem anno à nat. Chriſti 1499. 16. Cal. Majas. 4t. Adjectæ ſunt ab anonymô vet. notæ uberrimæ Mſſtæ. 4:.

CXCVIII.

1499. ETYMOLOGICON magnum ex edit. MASURI Græcè ſolum. *Venetiis* apud ALDUM 1499. Fol. 16:.

CXCIX.

1499. TERENTIUS *der hochgelert vnd aller bruche-*

bruchelichst Poët von Latin zu Tutsch transferiret *nach dem* Text *und nach der Glofs in sinen* VI. *Büchern ufs den ein yeglicher Mensch erkennen mag die Sitten vnd Gemut der andern Menschen. Gedruckt in der Keyserlichen vnd fryen Statt* STRASBURG *von* Hans GRUNYNGER *vnd seliclich geendet uf dinstag vor Sant Gregorien-Tag nach Christi Gepurt* 1499. Fol. cum figuris lepidis, singulis actibus & scenis præfixis. 4:. bis

CC.

1499. INSTITUTIONES Juris JUSTINIANEÆ cum Gloss. PARISIIS per *Udalricum* GERING & Magistrum *Berchtoldum* REUBOLT anno Dom. MCCCCXCIX. die vero XX. Junii 4t. 3:.

CCI.

1499. *Pauli* OROSII Viri præclariss. historiarum opus quam diligentissime emendatum. Impressum VENETIIS per Magistrum *Christophorum de* PENSIS *de* MANDELLO opera & impensis Octaviani Scoti anno ab incarnatione Domini MCCCCLXXXXIX. XV. Kal. August. Fol. 8:.

CCII.

1499. Fr. *Baptista* MANTUANI Carmelitæ de Patientia aurei libri Tres. Impress. VENETIIS per *Jac. de* LEUCO. Anno Gratiæ MCCCC XCIX. 4t. 2:30.

CCIII.

1499 EJUSD. *Baptistæ* MANTUANI Carmelitæ de patientia aurei libri tres. Impress. BASI-

LEÆ opera *Joannis* BERGMAN de Olpe. XVI. Kl.Sept.an.ſalutis MCCCCLXXXXIX. 4t. 2:30.

CCIV.

1499. VOLUMEN in 4t. varios libellos rhythmis maximam partem vet. Germ. conſcriptos ac circa finem ſec. XV. & initium XVI. typis exaratos complectens. Siſtuntur enim *eodem*:

1499. I. FUSS-PFADT *zu der evvigen Seeligkeit der uns gevvyſen vvirt durch einen Geiſtlichen Ritter mit Auslegung vnd Bedeutungen vveltlichs ritterlichs Gevvehre vnd Wapen. Gedruckt zu* HEYDELBERGK MCCCCLXXXXVIIII. cum figuris ligno inciſ.

(o) II. *Unſer* LIEVER VROUWEN CLAGE. Impreſſum COLONIE apud LYSKIRCHEN ſinè anni mentione.

1509. III. Sent ANSELMUS *Vrage tzo Marien. Gedruckt tzo* COELLEN *up dem Eygelſteyn by* Henrich *von* NUYSS an. Domini MCCCCCIX. *des vünffden Dages in dem Meye.*

1509. IV. *Von den fier* KETZEREN PREDIGER ORDENS *der obſervanz zu Bern im Schvveyzer-Landt verbrant in dem Jar nach Chriſti Geburt* MCCCCCIX. *uf den nechſten Donnerſtag nach Pfingſten mit vil ſchonen Figurlin vnd lieblichen Reym-Sprüchen neuerlich geteutſcht.* Sine anni & loci mentione; in fine enim nonniſi hi tres verſiculi habentur:

Der diſs Büchlein hat drucken lon
Der hats Marie zu Eren gethon
Er hofft von ir den evvigen Lon.

Conſtat

Conſtat phyluris XXIV. Eſt autem ſatis prolixa narratio Tragœdiæ illius quam monachi Ord. Dominicanorum Bernæ ad confirmandam ſuam de conceptione B. Mariæ Virginis Sententiam egerunt, de qua præ aliis legendus Hottingerus in Hiſt. Eccleſ. & Gilbertus Burnetius in Epiſtolis Itinerariis. Deſcribitur illa rhythmis Germ. ſatis facetis figurisque ligno inſculptis exornatur.

(o) V. *Büchlin von des* ENDTE-CHRISTS *Leben vnd Regierung durch Verhengniſs GOttes, vvie er die Welt tuth verkeren mit ſeyner falſchen Lere vnd Rat des Teufels, auch vvie darnach die zvveen Propheten Enoch vnd Helyas die Chriſtenheit vvieder bekeren mit predigen den Chriſten-Glauben. Vnd zum lezten von den* XV. *Zeichen die do geſchehen vorm Jüngſten Tage durch Gottes Verhengnuſs. Gedruckt zu* STRASBURG *von* Mathes HUPFUFF. Sine temporis notâ. Conſtat figuris quam plurimis ligno inſculptis cum brevi explicatione multis fabulis ac næniis refertâ.

1503. VI. PRACTICA *teutſch etliche Jar vverende von dem Kunſtreichen Wolgelerten der Philoſophey, Aſtronomey, Aſtrologey vnd Mathematick &c. Magiſter* Hanſen VIRDUNG *von Haſsfurt &c. gemacht zu Eren dem Durchluchtigſten Herrn Philipſen Pfaltzgraven by Rhein &c. vnd Kurfürſten. Gedruckt zu* OPPENHEYM anno MDIII. cum fig. ligno inciſ.

(o) VII. *Ein* BISPIL *eines guten und auch boſsen Radtſchlags dieſer Welt.* Conſtat figuris quoque ac rhythmis vet. Germanicis.

CCV.

1500. PINDARUS cum vet. Scholiast. Gr. solum. Impress. ROMÆ per *Zachariam* CALERGI Cretensem, permissu S. D. N. Leonis X. Pont. Max. ea etiam conditione, ut ne quis alios per quinquennium hoc imprimere aut venundare libros possit: atque qui secus fecerit, is ab universa DEI Ecclesia toto orbe terrarum expers excommunicatusque censeatur. MD. 4t. 8:.

CCVI.

1500. MACROBII Aurelii Theodosii Viri Consularis & illustris Saturnaliorum libri impressi VENETIIS â *Philippo* PINCIO Mantuano anno à nativitate Domin. MCCCCC die XXIX. Octobris Augustino Barbadico Sereniss. Venetiarum Duce. Fol. 4:.

CCVII.

1500. PLAUTUS integer cum interpretatione *Johannis Baptistæ* PII Bononiensis. Impress. MEDIOLANI per Magistrum *Uldericum* SCINZENZELER anno Domini MCCCCC die XVIII. mensis Januarii Fol. Prior olim Possessor manu sua non modo lemmata ac annotata nonnulla adscripsit, sed indicem quoque copiosissimum omnium dictionum quæ in *Jo. Bapt.* PII comentario in Plauti singulas Comœdias edito explicantur juxta litterarum seriem adjecit. 8:.

CCVIII.

1500. Principis AVICENNÆ opera nonnulla à

Mag.

Mag. *Gerh.* CREMONENSI translata ab Arabico in Latinum. Impreſſ. VENETIIS per *Simonem* PAPIENSEM dictum BEVILAQUAM 1500. die 20. Julii 4t. 2: 45.

CCIX.

1500. *Marſ.* FICINI Florentini de Chriſtiana Religione ad Laurentium Medicem opus aureum. VENETIIS impreſſit OTTINUS PAPIENSIS. anno a natali Chriſt. MCCCCC. 4t. 1: 60.

CCX.

1500. Eccleſiaſtica Hiſtoria Divi EUSEBII: & Eccleſiaſtica hiſtoria gentis Anglorum Venerabilis BEDÆ: cum utrarumque hiſtoriarum per ſingulos libros recollecta capitulorum annotatione. Impreſſ. in inclyta Civitate ARGENTINENSI diligenter reviſi ac emendati anno ſalutis noſtræ Milleſimo quingenteſimo. XIIII. die Martii. Fol. 6:.

CCXI.

1500. *Baptiſtæ* MANTUANI de Maria Virgine carmina, quæ & Parthenice dicuntur. De S. Catherina. De Calamitatibus &c. Impreſſum in alma Univerſitate COLONIENSI apud PRÆDICATORES anno Domini MCCCCC. 4t. 2:.

CCXII.

1500. ORTULUS ANIME cum oratiunculis aliquibus ſuper additis que in prioribus libris (ſ. editionibus) non habentur. Elaborat. per providum Virum Magiſtrum *Johannem* GRUNINGER in

insigni ac libera civitate ARGENTINA. Anno incarnationis 1500. pridie vero Kalendas Februarii. Impressus autem hic liber non modo membranis, sed figuris etiam plurimis ornatus vel oneratus est. Nam pleræque harum satis sunt ineptæ una vero fol. CXIX. occurrens spurcissima adeoque libro precum pessime conveniens est. Exhibet enim S. Ursulam cum fictis suis undedecim mille sociis non modo nudis, sed militem quoque lascivum, digito explorantem num sociæ illæ revera fuerint Virgines. Sed lachrymis potius quam risu dignæ sunt cœcorum illorum hominum nugæ. Testis vero hic libellus esse potest quanta illis temporibus rerum sacrarum fuerit cura atque reverentia, quod talibus figuris obscœnis pudendisque ipsos precationum libros conspurcari siverint, cum dubium esse nequeat, presentem libellum non absque censurâ fuisse editum, sequenti encomio præfixo collaudatum:

Ortulus exiguus varias ut sæpe salubres
Herbas producit: quas Medicina probat
Ortulus hic animæ (quem lumine cernis aperto)
Proferet en justum quod pietatis opus.
Hinc flores animæ poteris decerpere sanctæ
Plures: & mentis pharmaca multa sacræ. 12:.

CCXIII.

1501. P. OVIDII Nasonis Epistolarum liber. Impress. LIPTZICK per *Baccalaurium Wolfg.* MONACENSEM anno Domini Millesimo CCCCCI. 4t. A veteri manu adscriptæ sunt interlineares & marginales notæ copiosissimæ. 2:.

CCXIV.

CCXIV.

1501. Opus per utile in laudem gloriosissimæ VIRGINIS MARIÆ pro singulis ejus Prædicationibus elegantissime coaptatum STELLARIUM coronæ ejusdem Virginis intitulatum impensis sumtibusque Providi Viri *Johannis* RYNMAN in imperiali oppido in HAGENAW per industrium *Henricum* GRAN inibi incolam diligentissime impressum ac emendatum anno salutis nostræ Millessimo quingentesimo primo VIII. Kl. Aprilis. Fol. 1: 60.

CCXV.

1501. *Nic.* PEROTTI Cornucopiæ seu Commentariorum linguæ Latinæ una cum commentariis seu expositionibus ipsius Nicolai in Caji PLINII secundi prooemium summa diligentia emendatum LUGDUNI impressum per *Jacobum* MAILLETI anno Gratiæ M quingentesimo primo die vero secunda mensis Junii. Fol. 6:.

CCXVI.

1501. *Antonii* MANCINELLI Ucliterni opera in Grammaticam per *Nic.* KESLER caractere nitido & correctura exactissima BASILEÆ elaborata anno à partu Virginis Millesimo quingentesimo Primo 4t. 1: 30.

CCXXVII.

1501. Opera HROSWITHÆ Clarissimæ Virginis & monialis Germanicæ, gente Saxonica ortæ, studio *Conr.* CELTIS impress. NORIMBERGÆ

sub

ſub Privilegio Sodalitatis Celticæ à Senatu Rhomani Imperii impetrato anno Chriſti Quingenteſimo Primo ſupra Milleſimum. Fol. 5:.

CCXVIII.

1501. I. BOETHIUS de Philoſophico Conſolatu (ut barbarus initio voluminis titulus habet) ſeu de conſolatione Philoſophiæ cum Commentariis *S.* THOMÆ Impreſſum ARGENTINÆ per *Jo.* GRUNINGER Anno incarnationis Dni Milleſimo quingenteſimo primo Kalendas vero VIII. Septembris.

1507. II. SPECULUM VITÆ Humanæ in quo diſcutiuntur commoda & incommoda dulcia & amara ſolatia & miſeriæ, proſpera & adverſa, laudes & pericula omnium Statuum Auctor nobiliſſimi hujus libri fuit Dominus RODERICUS Epiſcopus ZAMORENSIS, Caſtellanus & Referendarius Papæ Pauli. II. in Theologia, utroque Jure & omnibus aliis bonis litteris doctiſſimus, ſummus Chriſtianæ Religionis cultor & defenſor ferventiſſimusque & Conſtantiſſimus ſalutis animarum Zelator. *Jo.* BOZHEMIUS Abſtemius D. D. *Jacobus* WYMPHELINGIUS S. Pa. L. Symphorianus POLLIO Sacerdos recognoverunt *Joannes* PRYS Civis ARGENTINUS in ædibus luſtri, vulgo *zum Thiergarten*, impreſſit ad morem gerendum generoſo Domino Philippo, Domino in Duno & Lapide ſuperiori Argentinenſis Eccleſiæ Præpoſito & ad preces Pauli Burger ejusdem Summiſſarii, pridie idus Januarii anno ſalutis MDVII,

MDVII. Fol. Opus hoc rarum & memorabile inter teſtes Veritatis locum omnino meretur. 9:.

CCXIX.

1501. *Das Buch deſs Heiligen Romiſchen Reychs Unterhaltung. Gedruckt in der Fürſtlichen Statt* MUNCHEN *von* Hanſen SCHOBSTER anno Domini *tauſend fünfhundert vnd ein Jar am Tag* Blaſii. Fol. 1: 30.

CCXXX.

1502. ARISTEAS *zu ſeinem Bruder* Philocrates *von den ain vnd ſibenzigen Auslegern, durch* Matth. PALMERIUM *Piſaner aus Griechiſchem in Latein vnd durch* Dietrichen REYSACH *von Buchſall peder Rechten Doctor vnd der Löblichen Univerſitæt Ingolſtadt in den Kayſ. Rechten* Ordinarium *in Teutſch gevvendet* anno MDII. *auff den drytten Tag* Januarii *gedruckt zu* AUGSPURG. Fol. 2:.

CCXXI.

1502. *Das Puch der Himmliſchen Offenbahrutg der heiligen Wittiben* BRIGITTÆ *von dem Kunigreich Svveden. In der Kuniglichen Stadt* NURNBERG *durch* Anthonium KOBERGER *Burger daſelbs, im andern nach tauſent fünfhundert Jaren gedruckt vnd am* XII. *Tag des Monats* Julii *ſeligklich (GOtt zu Lob vnd der heiligen Fravven Brigite) vollendet.* Fol. 2:.

CCXXII.

1502. ALCHABITIUS cum commento *Joannis*

de

de SAXONIA. In fine hæc nota extat: Finitur ſcriptum ſuper Alchabicium ordinatum per Joan. de SAXONIA in Villa Pariſienſi an. 1331. correctum per Artium & Medicinæ Doctorem Magiſtrum *Bartholomæum de* ALTEM & Nuſia. Impreſſum VENETIIS per *Joannem & Gregorium de* GREGORIIS fratres anno Nativitatis Domini MCCCCCII. die XVIII. Febr. 4t. 1:.

CCXXIII.

1502. *Franc.* PHILELPHI Satyræ. Impreſſ. *Venetiis* per *Bernardinum* VERCELLENSEM juſſu Domini *Andreæ* TORRESANI de Aſula MCCCCCII. 4t. 4:.

CCXXIV.

1503. TERENTII Comœdiæ unacum *Petri* MARSI & *Pauli* MALLEOLI adnotationibus & marginariis exornationibus arte & induſtria honeſti *Johannis* PRŬS ARGENTIN. quarto Kal. Februarii MCCCCCIII. 4t. 2: 30.

CCXXV.

1504. *C. Criſp.* SALUSTIUS ab ASCENSIO familiariter explanatus. Adjecta eſt hæc nota: Finis reliquiarum C. Criſpi Saluſtii & pluſculorum fragmentorum unde unde corraſorum & ab ASCENSIO utcunque explicatorum & ab eodem diligenti accuratione coimpreſſorum anno ſalutis Chriſtianæ MDIIII. tertio Calend. Novemb. Fol. Litteræ initiales coloribus & auro diſtinctæ

ctæ, in prima littera O, initio Saluſtii occurrente, effigies & Ludovici Galliæ Regis. 10:.

CCXXVI.

1504. APULEJUS cum Commentariis Philippi BEROALDI. Impreſſum VENETIIS per *Bartholomæum de* ZANIS de Porteſio anno Domini MCCCCCIIII. die XI. menſis Novembris. Fol. 4:.

CCXXVII.

1504. *Junii* JUVENALIS Aquinatis Satyræ, copioſis annotationibus & interlinearibus & marginalibus Mſtis ab anonymo quodam vet. ornatus: In fine hæc leguntur:

Habes amate lector textum Junii JUVENALIS Aquinatis ſatirarum Scriptoris lepidiſſimi iterum atque iterum ſatis laborioſe emendatum vigilique diligentia *Baccalarii* MARTINI HERBIPOLENSIS LipſienſisCivis ibidem à novo impreſſum Dominicæ incarnationis an. Milleſimo quingenteſimo quarto, ſeptimo idus menſis Auguſti finitum. Si quod tamen vitii humano errore admiſſum fuerit: cum benivolentia radito atque inter legendum caſtigato. Non enim omnia poſſumus omnes. 5:.

CCXXVIII.

1505. Inſigne atque præclarum opus *Annæi* LUCANI cum *Jo.* SULPITII VERULANI Viri Clariſſimi Commentariis à proprio Originali extractis: nec non OMNIBONI Vicentini diligentiſſime emendatis. Impreſſ. *Venetiis* per

Bartho-

Bartholomæum de ZANIS de Portesio anno Domini MCCCCCV. die XXIII. mensis Octobris. Adscriptæ ab anonymo vet. notæ interlineares & marginales copiosæ. 6:.

CCXXIX.

1505. Junii JUVENALIS Satyræ cum *Antonii* MANCINELLI Viri eruditiss. explanatione. Impress. in ædibus ASCENSIANIS apud PARRHISIOS MCCCCCV. ad nonas Martias. 4t. 3:.

CCXXX.

1505. ROMISCHE HISTORIE *uss Tito* LIVIO *gezogen.* Opus in tres partes divisum quarum duas priores conscripsit *Bernhardus* SCHOEFERLIN Jur. Doct. tertiam vero Jvo WITTIG de Hamelburg Juris Can. Doctor Ordinarius Sigilli custos & Canonicus ad S. Victorem MOGUNTIÆ, ut ex cujusq; præfat. patet. *Gedruckt in der löbl. Stadt* MENZ *vnd geendet durch Fleiss* Joh. SCHOEFFERS *Buchtruckers daselbst am Sechsten - Tagk des Monedts Martii nach Christi unsers Herren Geburt tausent fünf hundert vnd im fünften Jar.* Fol cum fig. ligno incis. Præfixa ad Maximil. Imp. dedicatio de artis typographicæ Moguntiæ facta inventione testimonium perhibet egregium. 10:.

CCXXXI.

1505. EXPOSITIONES sive declarationes omnium TITULORUM JURIS tam Civilis quam Canonici per *Sebastianum* BRANT collectæ & revisæ

visæ. Item de modo ſtudendi in utroque Jure cum nominibus omnium ſcribentium in Jure. Impreſſ. BASLEÆ per *Mich.* FURTER atque per *Sebaſt.* BRANT (licet perfunctoriè) reviſum anno ſalutiferæ incarnationis Milleſimo quingenteſimo quinto Kal. Auguſti. 4t. 2:.

CCXXXII.

1506. SUETONIUS Tranquillus cum *Philippi* BEROALDI & *Marci Antonii* SABELLICI Commentariis, cum figuris nuper additis. VENETIIS per *Jo.* RUBEUM Vercellenſem anno Domini MCCCCCVI. die VIII. Januar. Fol. 5:.

CCXXXIII.

1506. C. PLINII Secundi Junioris liber illuſtrium Virorum â condita Urbe, excuſ. in Litteratoria officina *Henrici* QVENTEL ARGENTIN. & Civis Agripin. an. à natali MCCCCCVI. 4t. 3:.

CCXXXIV & CCXXXV.

1506. S. AMBROSII operum Pars I. & II. operâ F. *Conradi* LEONTORII Mulbronnenſis M. DVI. 4t. 2. vol. 8:.

CCXXXVI.

1506. Devotiſſimum de laude mellifui nominis JEſu à Dom. BONAVENTURA compilatum, cujus lingua remanet hodie integra & incorrupta, poſt corporis incinerationem, propter nominis JESU maximam ejuſdem Sancti devotionem, reverentiam & inflammationem. Impreſſum Lugduni per Mag. *Claudium* DAVOST alias de

TROYS anno Domini MCCCCCVI. die vero XV. Junii duod. :60.

CCXXXVII.

1506. Liber de contemtu mundi ſive de miſeria humanæ Conditionis editus ab INNOCENTIO Papa tertio : COLONIÆ per *Martinum de* WERDENA, prope Domum Conſulatus, in vico Burgenſi (vel *die Burgſtraës*) commorantem. Impreſſus anno Domini MCCCCCVI. in fine Septembris. duod. :60.

CCXXXVIII.

1506. Introductorium compendioſum in Tractatum Spheræ materialis Mag. *Johannis de* SACROBUSTO per Magiſtrum *Joannem* GLOGOVIENSEM anno Salvatoris Chriſti JESU quingenteſimo ſexto currente, in Univerſitate Cracovienſi feliciter recollectum. Impreſſum CRACOVIÆ 1506. in die S. Vitalis Martyris. 4t. 1:30.

CCXXXIX.

1506. INTRODUCTORIUM ASTRONOMIÆ CRACOVIENSE elucidans Almanach. Editum Cracoviæ per Magiſtrum MICHAELEM Vratislavienſem majoris Collegii Studii Cracovienſis Collegiatum, ſecunda feria ante Feſtum corporis Chriſti anno Domini Milleſimo quingenteſimo ſexto. 4t. :60.

CCXL.

1506. *Petri* SCHOTTI Argent. Epithoma de ſyllabarum quantitate ac verſuum connexione. Impreſſ.

preſſ' per *Matthiam* HUPFUFF Civem ARGENT. an. ſalutis humanæ MCCCCCVI. 4t. : 60.

CCXLI.

1507. C. PLINII ſecundi Veronenſis hiſtoriæ naturalis libri XXXVI. ab *Alexandro* BENEDICTO Ve. Phyſico emendatiores redditi. Impreſſ. per *Jo.* RUBEUM & BERNARDINUM fratresque Vercellenſes, ab incarnatione anno Domini 1507. die XVI. Januarii Fol. 8:.

CCXLII.

1507. JUVENALIS cum *Antonii* MANCINELLI Viri eruditiſſimi exploratione. Impreſſum eſt hoc opus pro fido & bono Bibliopola *Stephano* GUEYNARDO cive Lugdunenſi arte & induſtria *Stephani* BALAND anno ſalutis Chriſtianæ M. quingenteſimo ſeptimo VII. Kalend. Novemb. Fol. Additæ â manu vet. notæ interlineares & marginales. 6:.

CCXLIII.

1507. MISSALE MAGUNTINENSE denuo exactiſſima cura recognitum & à prioribus quibusdam mendis operosè ac ſolerter emaculatum. In fine legitur:

Finit Miſſale Maguntinen. per Venerabiles Viros Do. *Johannem* SPILMAN & Do. *Jo.* HUTTICH majoris Eccleſiæ Maguntinen. Vicarios ex commiſſione felicis recordationis olim Reverendiſſimi Dom. BERTHOLDI Archi-Epiſcopi Maguntin. reviſum, caſtigatum diligentiſſimeque emendatum : ſub Præſulatu Reverendiſſ. Domini

(F) 2 Dom.

Dom. JACOBI Archi-Epiſcopi Maguntinen. per *Johannem* SCHEFFER in urbe MAGUNTINA, hujus artis impreſſoriæ inventrice elimatriceque prima, feliciter conſummatum & impreſſum Kalendis Septembris anno Domini Milleſimo quingenteſimo ſeptimo. Fol. 10:.

CCXLIV.

1507. *Johannis* STELLÆ Sacerdotis Veneti opus de Vitis Pontificum ſumma cum diligentia reviſum atque correctum &c. Impreſſum *Baſileæ* per *Mich.* FURTER inibi Civem anno Chr. 1507. 4t. 2:.

CCXLV.

1507. SPECULUM EXEMPLORUM. In fine hæc nota: Ad Laudem & gloriam ſempiternæ individuæque Trinitatis, B. Mariæ Virginis, omnium Sanctorum & Angelorum finitum eſt & completum hoc ſpeculum exemplorum in Imperiali Oppido HAGENAU per induſtrium *Henricum* GRAN inibi incolam. Impenſis circumſpecti Viri *Joannis* RYNMAN de Oringau, Anno ſalutis noſtræ 1507. XV. die menſis Januarii. Fol. 5:.

CCXLVI.

1507. *Bapt.* MANTUANI Bucolica ab *Jodoco* BADIO ASCENSIO familiariter expoſita. EJUSD. carmen de S. Jo. Baptiſta. &c. *Joannes* PRUSS Civis ARGENT. impreſſit MCCCCC VII. 4t. Adſcriptæ ſunt annotationes copioſæ. 2:45.

CCXLVII.

CCXLVII.

1507. ELUCIDARIUS Carminum & hiſtoriarum vel vocabularius poëticus &c. impreſſus in HAGENAW per induſtrium *Henr.*GRAN, impenſis circumſpecti Viri *Jo.* RYNMAN an. 1507. 4t. 1: 45.

CCXLVIII.

1507. RODERICI Epiſcopi ZAMORENSIS Caſtellani & Referendarii Papæ Pauli II. ſpeculum vitæ humanæ, in quo diſcutiuntur commoda & incommoda, dulcia & amara, ſolatia & miſeriæ, proſpera & adverſa, laudes & pericula omnium Statuum. *Jo.* BOZHEMUS ABSTEMIUS D. D. *Jacobus* WYMPHELINGIUS S. Pa. L. Symphorianus POLLIO Sacerdos recognoverunt, *Johannes* PRYS Civis ARGENTINUS in ædibus luſtri, vulgo *zum Thiergarten*, impreſſit &c. anno ſalutis MDVII. Fol. 5:.

CCXLIX.

1507. SPECULUM EXEMPLORUM omnibus Chriſticolis ſalubriter inſpiciendum, ut exemplis diſcant diſciplinam. Completum in Imperiali oppido Hagenavv per induſtrium *Henricum* GRAN inibi incolam, impenſis circumſpecti Viri *Joannis* RYNMAN de Oringavv, anno ſalutis noſtræ 1507. XV. die menſis Januarii. Fol. 4:.

CCL.

1507. NAVIS STULTIFERÆ collectanea ab *Jodoco* BADIO ASCENSIO vario carminum genere non ſine eorundem familiari explanatione

conflata. Ex officina Ascensiana in Parrhisiorum Academia nobilissima VI. Idus Majas anno salutis MDVII. 4t. 2:.

CCLI.

1508. Opus insigne *B. Patris* CYRILLI Patriarchæ Alexandrini, in Evangelium JOANNIS, *à Georgio* TRAPEZONTIO traductum. Absolutum PARISIIS in officina *Wolfg.* HOPILII impensis ejusdem, *Wolfgangi Joannis* PARVI & *Thielmanni* KERVER in hoc excudendo opere sociorum anno verbi incarnati quingentesimo octavo supra Millesimum decima Januarii. Fol. 2:45.

CCLII.

1508. SENECA de quatuor Virtutibus cardinalibus comment. illustratus. Impress. Coloniæ in impress. officina QUENTELL anno salutis MCCCCCVIII. 4t. 1:60.

CCLIII.

1508. *Joh.* THAULERI Sannt Dominici - Ordens Sermones, *die da vveissend auf den nächsten vvaren Weg im Gaist zu vvandern durch übersvvebenden Syn. Von Latein in Teutsch gevvendt manchem Menschen zu saliger Fruchtbarkeit. Gedruckt in der Kayserlichen Statt* AUGSPURG *durch Maister* Hansen OTTMAR *in Kosten der Fürsichtigen Weisen Herrn* Joh. RYNMANN *von Oringen vnd vollendet in der Wochen Rogat. in dem* 1508. *Jar.* Fol. 1:30.

CCLIV.

CCLIV.

1508. *Das Buchlein genandt die* NEUWE WELDT, *aus Wellischer Sprach in die Teutsche gebracht, vnd gemacht durch* Jobsten RUCHAMER *der freyen Kunste vnd Artzeneyen Doctorn, vnd durch* Georgen STUCHSEN *zu* NURNBERGK *gedruckt vnd vollendet nach Christi Geburdte* MCCCCC *vnd* VIII. *Jare* &c. Fol. 1:30.

CCLV.

1508. *Francisci* PHILELPHI Conviviorum libri duo, de multarum ortu & incremento disciplinarum planè aurei. SPIRIS *Conradus* HISTIUS imprimebat anno MDVIII. 4t. 2:45.

CCLVI.

1509. DEFENSORIUM impiæ falsitatis à quibusdam PSEUDO-PATRIBUS Ordinis PRÆDICATORUM excogitatum, principaliter contra mundissimam superbenedictæ Virginis MARIÆ CONCEPTIONEM: cum insertione actorum in BERNA sub annis Christi Millesimo quingentesimo septimo, octavo & nono usque ad ultimam Maji: qua die quatuor ejusdem falsitatis architecti igne deleti sunt. In fine legitur: Finis defensorii impiæ falsitatis &c. unà cum confessatis eorundem. impressa sub Dio: anno Christi MDIX. 4t. 4:

CCLVII.

1509. BEBELIANA opuscula nova. Epistola ad Cancellarium de laudibus & Philosophia vet. Germanorum

norum &c. ARGENTINÆ *Joannes* GRUNINGER imprimebat *J.* ADELPHO castigatore, anno seculi hujus MDIX. 4t. 3:.

CCLVIII.

1509. *Bapt.* MANTUANI Parthenices opus divinum. COLONIÆ impressum in domo Quentell an. nativitatis Dominicæ MCCCCCIX. 4t. 1:60.

CCLIX.

1509. *Polydori* VIRGILII Urbinatis de inventoribus rerum libri tres. M. *Antonii* SABELLICI de artium inventoribus ad Bassum carmen elegantissimum ARGENTORATI in offic. *Matthiæ* SCHURERII Helvetensis Art. Doct. MDVIIII. 4t. 3:.

CCLX.

1509. *Daz* HELDEN - BUCH *mit synen Figuren, gedruckt durch* Henrich GRAN *Burger zu* HAGENAW, *in dem Kosten des Wysen vnd Fürsichtigen Her* Hansen KNOBLAUCH, *Druckerher zu* STRASBURG. anno MDIX. *Jar.* Fol. 2:60.

CCLXI.

1510. *Valerii* PROBI interpretamenta Litterarum singularium in antiquitatibus Rom. cum plerisque circa singulas litteras additionibus. *Pomp.* LÆTUS de Rom. Magistrat. Idem de Sacerdotiis Ro. IDEM de diversis. legibus Ro. Impress. *Oppenheim* anno Dom. 1510. 4t. 2:.

CCLXII.

CCLXII.

1510. P. OVIDII NASONIS Faſtorum libri diligenti emendatione typis impreſſi aptiſſimisque figuris ornati, commentatoribus *Antonio* CONSTANTINO Fanenſi : *Paulo* MARSO Piſcinate, Viris Clariſſimis, additis quibusdam Verſibus, qui deerant in aliis Codicibus : inſuper Græcis characteribus ubi deerant in aliis impreſſionibus : appoſitis rebus notabilibus quibusdam in margine unà cum tabula in ordine alphabethi, quæ nullo in alio codice impreſſa reperies. Impreſſ. MEDIOLANI per Magiſtrum *Leonardum* PACHEL anno Domini MCCCCCX. die XVII. Febr. Fol. 3:. bis.

CCLXIII.

1510. JOSEPHUS de antiquitatibus ac de bello Judaico. Has Joſephi hiſtorias diligentius multo cæteris emendatas VENETIIS excuſſit formis *Gregorius de* GREGORIIS anno ſalutis noſtræ MDX. die 29. menſis Octobris. Fol. 4:.

CCLXIV.

1510. VITA PHILOSOPHORUM & Poëtarum cum auctoritatibus & ſententiis aureis eorundem annexis. Impreſſ. in officina induſtrii *Henrici* GRAN calcographi in oppido Imp. HAGENAU anno Dom. MDX. 4t. 2:.

CCLXV.

1511. C. PLINII Secundi naturalis hiſtoria cum quibusdam Hermolai BARBARI, Viri undecun-

que periti lecturarum annotationibus &c. Quæ omnia emunctis à *Nic. de* PRATIS Characteribus *Francisci* REGNAULT ac *Jo.* FRELLON impendio, in LUTETIÆ PARRHISIORUM ACADEMIA fœliciter impressa anno à nostræ salutis redemptione MDXI. Fol. Adscripta à priori possessore lemmata & annotata. ʃ:.

CCLXVI.

1511. *Flavii* VEGETII Renati *vier Bücher der Ritterschaft zu dem aller Durchleuchtigsten Grossmechtigsten Fürsten vnd Herren, Hern Maximilian Romischen Keyser &c. geschrieben mit mancherleyen Gerysten, Bolvvercken vnd Gebeuvven zu Krygksleuften gehorick, mit yren Mostern vnd Figuren darneben verzeychent. Gedruckt yn der löblichen Stat* ERFURT *durch* Hansen KNAPPEN. MCCCCCXI. Fol. cum fig. buxo insculpt. ʃ:.

CCLXVII.

1511. OECOLOGIUM ex ARISTOTELIS Oeconomicorum libellis & reliquorum Doctorum officinis congestum in Universitate Lipsiensi &c. per *Wolfgangum* STOCKEL Monacensem Baccalarium & Calcographum impressum anno salutis Millesimo quingentesimo undecimo. Fol. 1: 30.

CCLXVIII.

1511. ANNOTATIONES Doctorum Virorum in Grammaticos, Oratores, Poëtas, Philosophos, Theologos & Leges. Angeli POLITIANI centu-

centuria una. Prælectio EJUSDEM in Analytica Ariſtotelis. Panepiſtemon EJUSDEM. *Ant.* SABELLICI annotationes priores. EJUSDEM poſteriores. *Philippi* BEROALDI centuria prima. EJUSDEM in Servium Grammaticum libellus. EJUSDEM in Plynium & alios quosdam. EJUSDEM appendix. Domitii CALDERINI obſervationes quædam. *Jo. Bapt.* EGNATII Veneti Racemationes. *Jo. Bapt.* PII Bononienſ. annotationes priores. EJUSD. annotationes poſteriores longè plures. EJUSD. Caſtigationes Ciceronis ad Hortenſium. Cornelii VITELLII in Merulam. *Jacobi à* CRUCE Bononien. annotata in varios. EJUSDEM prælectiones variæ. PII *Antonii* BARTOLINI in leges caſtigationes. EJUSDEM de Ordine Imperatorum libellus. Ex officina *Jo.* PARVI & *Jo. Badii* ASCENSII chalcographâ ad Idus Aug. MDXI. Fol. 8:.

CCLXIX.

1511. *Polydori* VERGILII Urbinatis Presbyteri Proverbiorum liber, quo parœmiæ inſigniores omnium ferè ſcriptorum luculentiſſima enarratione explicantur. *Matthias* SCHURERIUS Helvetenſis Argentorati venuſtiſſimis formis emendatiſſime denuo excudit, anno humanæ ſalutis MDXI. 4t. 1:60.

CCLXX.

1511. *Joannis Franciſci* PICI MIRANDULANI Principis Concordiæque Comitis hymni heroici

tres

tres, ad Sanctiſſimam Trinitatem, ad Chriſtum & ad Virginem Mariam, unà cum commentariis luculentiſſ. ad Jo. Thomam Filium. Additis ſparſim ab ipſo auctore pauculis quæ in priori impreſſione deerant. EJUSDEM Sylva. EJUSDEM Stauroſtichon, hoc eſt, carmen de myſteriis Crucis in Germaniam delapſis. ARGENTORATI in libraria officina *Matthiæ* SCHURERII menſe Auguſto anno ſalutis MDXI. Fol. Prior poſſeſſor annotationes manu ſua addidit. 6:.

CCLXXI.

1512. SOLINUS de memorabilibus mundi, impreſſ. SPIRÆ impenſ. L. H. an. MDXII. 4t. 1:60.

CCLXXII.

1512. P. OVIDII Naſonis Metamorphoſeos libri moralizati cum pulcherrimis fabularum principalium figuris. Impreſſ. LUGDUNI per *Jacobum* SACON. Impenſis honeſti Viri Jacobi HUGVETAN an. Domini Milleſ. quingenteſimo duodecimo XI. die menſis Januarii Fol. Adj. à veteri manu notæ interlineares. 1: 60.

CCLXXIII.

1512. *Petrus de* CRESCENTIIS *Buch von Pflanzung der Acker, Boum vnd aller Krûter. Nuvv gedruckt vnd geendet uff den Abent Bartholomey im Jar* MCCCCCXII. Fol. :60.

CCLXXIV.

1512. *Angeli* POLITANI operum Tom. I. & II.

in

in ædibus ASCENSIANIS ad Idus Majas MDXII. Fol. 6:.

CCLXXV.

1512. CHRYSOLORÆ Grammatica Gr. ſolum ex edit. *Franc.* VATABLI 1512. 4t. 4:.

CCLXXVI.

1513. *Claudii* PTOLEMÆI Viri Alexandrini Geographiæ opus, noviſſima traductione è Græcorum archetypis caſtigatiſſime preſſum cæteris antelucubratorum multò præſtantius. Anno Chriſti Opt. Max. MDXIII. Martii XII. Preſſus hic Ptolemæus ARGENTINÆ vigilantiſſima caſtigatione induſtriaque *Joannis* SCHOTTI urbis indigenæ regnante Maximiliano Cæſ. ſemper Auguſto. Fol. max. cum mappis Geogr. æri inſculpt. 8:.

CCLXXVII.

1513. MACROBIUS qui anteà mancus, mutilus ac lacer circumferebatur, nunc primum integer, nitidus & ſuo nitori reſtitutus, in quo Græcæ Majeſtatis dignitas, quoad ejus fieri potuit, ſuperſtes reperitur. *Joannes* RIVIUS recenſuit. Impreſſ. VENETIIS per *Auguſtinum de* ZANNIS de Porteſio, ad inſtantiam D. Lucæ *Antonii de* GIUNTA anno Domini MDXIII. die XV. Junii Fol. 5:.

CCLXXVIII.

1513. Q. CURTIUS de rebus geſtis Alexandri M. Regis Macedonum. TUBINGÆ apud *Thomam* ANS-

ANSHELMUM Badensem Julio mense MDXIII. Fol. cum anonymi notis Mstis. *6:.*

CCLXXIX.

1513. Præclarum opus CYRILLI ALEXANDRINI, quod Thesaurus nuncupatur, quatuordecim libros complectens & de consubstantialitate Filii & Spiritus S. cum DEO Patre contra hæreticos luculenter differens, *Georgio* TRAPEZONTIO interprete &c. PARISIIS impressus anno Domini 1513. quarta die Aprilis per *Wolfgangum* HOPYLIUM industrium artis librorum excusoriæ opificem. Fol. 2: 45.

CCLXXX.

1513. CATALOGUS SANCTORUM & gestorum eorum, ex diversis voluminibus collectus, editus à Reverendissimo in Christo Patre Domino *Petro de* NATALIBUS *de* VENETIIS, Dei gratia Episcopo Equilitio. ARGENTINÆ impress. per honestum virum *Martinnm* FLACH Anno Domini Millesimo quingentesimo decimo tertio circa festum nativitatis Mariæ. Fol. *6:.*

CCLXXXI.

1513. *Der* HEILIGEN LEBEN *Winter - Teil.* In fine hæc est nota: *Gedruckt ist dis Buch (das da sagt von der lieben Hailigen Leben vnd Sterben vvie es in dem Lateinischen* Passional *beschrieben ist) zu* AUGSPURG *von Maister* Hansen OTMAR *in Kosten des fürsichtigen vnd in Teutscher* Nation *nambafftigsten Buchfurers Herr* Johann

hann RYNMANN *von Oringen vnd vollendet an S. Matthaus Abendt der Hayligen zvvolf Potten, des Jars do man zalt nach der Geburt Christi unsers Herren* MDXIII. Fol. cum Iconibus Sanctorum per Hans Schaufflich cælatorem celebrem & satis artificiosum. 4:.

CCLXXXII.

1514. SUIDAS Græcè solùm. VENETIIS in ædibus ALDI & ANDREÆ Soceri mense Febr. MDXIIII. (1514.) Fol. 20:.

CCLXXXIII.

1514. Eximii Patris CYRILLI ALEXANDRINI Commentarii in Leviticum, sexdecim libris digesti. In quibus varios sacrificiorum, antiquæ legis, ritus primum ad allegoricum sensum accomodat: Ostendens omnes illos aliquid mysticum designasse, quod in Christo completum est, deinde vero eosdem ad sensum moralem & instituendam hominum vitam congruentissime applicat. Ex officina libraria *Wolfgangi* HOPYLII anno verbi incarnanti decimo quarto supra Millesimum & quingentesimum vicesima die Maji. Fol. 5:.

CCLXXXIV.

1514. *Das Buch der* GESCHICHT *des grossen* ALEXANDERS, *vvie die* EUSEBIUS *beschrieben, nevv getruckt mit vyl schonen Figuren, durch den hochgelerten Doctor* Johannes HARTLIEBE, *des Durchleuchtigen Fürsten Herzog Albrechts saliger Gedachtnüss in Teutsch* transferirt. *Ge-*

druckt

druckt vnd vollendet in der Lobl. Stadt STRASBURG *von* Mathis HUPFUFF, *am Mittvvoch vor Mitfaſten als man zalt* MCCCCC *vnd* XIIII. *Jar.* Fol. 1:30.

CCLXXXV.

1514. *Der Neu* LAYENSPIEGEL *von rechtmäſſigen Ordnungen in Burgerlichen vnd peinlichen Regimenten mit* addition. *Auch der Guldin Bulla, Küniglich Reformation, Landfrieden. Auch Bevvarung gemainer Recht vnd andern auzaigen.* Cum fig. buxo inciſ. Fol.

In fine legitur: *Vollendet vnd getruckt diſer nevv* LAYENSPIEGEL *mit ſeinen additionen in der Kaiſerlichen freyen Stadt* STRASBURG anno MCCCCCXIIII. In averſa Tituli pagina ſequentes de auctore *Udalrico* TENGLERO Præſide Alti-politiano habentur verſus:

Ad Lectorem Speculi Popularis Hexaſtichon PHILOMUSI

Non marmor parium: viridis non cruſta laconum:
Non argentati ſtannea maſſa vitri.
Non translucentis phengitis ſaxa dederunt
Materiam ſpeculo: Sed bona Jura magis.
Ulrici TENGLERS ſpècularia docta coruſcent
Eminus: admittent & ſine fece diem.

In fine autem exhibetur imago ipſius TENGLERI ſpeculum ſuum Imperatori in Solio, aſſiſtentibus Conſiliariis, ſedenti exhibentis. Adjectum Epitaphion Udalrici TENNGLERI:

Dum

Dum Preſes moderor fulvorum jura leonum
